



Casa 2  
Gab. 13  
Est. 14  
Tab. 15  
N.<sup>o</sup> 4

22  
SANTO:  
AUGUSTIN

D· CYPRIANI  
SOAREZ SOCIE-  
TATIS IESU,

*De Arte Rhetorica libri tres ex Aristotele,  
Cicerone, & Quintiliano præcipue  
deprompti.*

*Nunc ab eodem autore recogniti, & multis  
in locis locupletati.*



*Na livr. do Col. Real  
del S. Paul*



*Cum facultate Ordinarij & Inquisitorum.*

**CONIMBRICÆ.**

*Apud Ioannem Barrerium Typ. Reg.*

*Anno Dñi. 1575.*

D. Cyprianus Soares Christiano  
Lectori. S.



ONGE profecto melius, atq; prudenter studijs suis consulunt, qui optimos autores in omni disciplinarum genere legendos sibi atq; imitandos proponunt, quam qui his neglectis, delectu omni ac discrimine remoto, quosuis cupidissime sequuntur. Quod si quis vetera paulò altius repetere voluerit, quocunq; se animo & cogitatione cōuertet, hoc ita esse cōperiet. Ut enim alios omittam, qui in bonarum artium studijs liberalissimis sunt doctrinisq; versati, satis canstat Platonem ingenio, doctrina, & copia dicendi longè omnibus superioribus præstitisse. Ergo ex eius disciplina quot viri, quanta scientia, quantaq; in suis studijs varietate, & copia, quam admirabiles extiterunt? Atq; ut alios fileam, quorum scripta temporum iniuria perierunt, illi & Aristotelem summum philosophū, & Demosthenem omnium oratorum facile principē proculdubio debemus. Siquidem Aristoteles totos viginti annos Platonem audiuit. Demosthenes vero eūdem non solum audiuīt, sed etiā lexit tamen. Quid Ciceronem ad tantum in philosophia, & eloquentia decuseuexit? An non Platonis, Aristotelis, & Demosthenis imitatio? Finis non sit, si velim eos numerare, qui ex Aristotelis disciplina in omni doctrinæ & ingenij laude præstantes prodierunt. Tanti refert, quem imiteris, quem legas, quem admireris. Hoc intelligentes nostræ societatis præceptores, ex eo tempore quo iuuentutē, virtute & literis informant, eos autores discipulis exponunt, qui præter ceteros in suo gēnere Horuerunt. Qua de causa molestius

Iestius etiam ferebat nullum esse librum veterum scriptorum, qui adolescentibus discendi cupidis primum aditum ad eloquentiam aperiret. Non quod doctrina dicendi ~~fa-~~  
rum Latinis literis sit illustrata, nam & Quintilianus de ea  
diligentissime simul & doctissime scripsit, & in libris Cicero-  
ronis tantum est curae, tantum suavitatis, elegatiæ atq; do-  
ctrinæ, ut ne apud Gracos quidem aut pluribus, aut meli-  
oribus præceptis orationis facultas sit exornata: sed quod  
ad primam tyronum institutionem eorum scripta minus  
sint accommodata. Quid enim discipulis ad hæc studia  
ingrediētibus explicarent? Quintiliani libros sunt illi qui-  
dem, ut dixi, summa diligentia, singulari iudicio, summa  
etiam eruditione conscripti. At ita sunt longi, sic nonnun-  
quam obscuri, ut maius otium & acrius iudicium desiderent,  
Partitiones oratorias? at ita sunt breves, & concisa, ut mul-  
tas & magnificas eloquentiae opes constructas & recondi-  
tas nimis auguste coarcent. Libros de oratore ad Quintū  
Fratrem? at in dialogo sunt scripti. Præcipuas autem in illis  
partes habent L. Crassus, & M. Antonius homines ut di-  
gnitate sic eloquentia in Romana Repub maximi, qui mi-  
nora illa, sed discentibus in primis necessaria celeritur trāsi-  
gūt, quæ vero sunt à vulgari intelligētia magis remota, ea,  
non facile dixerint, ornatus ne an copiosius prosequātur.  
Huc accedit, quod dum Crassus perfectum, Antonius cō-  
munem informat oratorem, magnis altercationibus, qui  
dialogorum est mos, in contrarias partes differit, quod  
mediocriter quidem eruditis, qui iudicij iam aliquid ha-  
bent, non solum magnam & ingenuam delectationem, sed  
mirabilis etiā utilitatis fructum afferit, tyronibus non itē,  
qui disputationis vim atque incitationem aspiciunt, vesti-  
gia ingressumq; vix intuentur. Duos de Inventione libros  
puero sibi inchoatos, & rudes Cicero excidisse affirmat,

A ij prope-

propterea quod nec orationis expoliendæ & conformādæ rationem docent, nec iuueniendi fontes ab Aristotele dc monastratos aperiunt. Itaq; multa in eis præcepta sunt, quæ editis postea libris idem Cicero improbavit. Libri verò ad Herennium, à quo cunq; illi sint scripti, similem inueniēdi viam demonstrant, & quædam de statu, multa de verborū, & sententiārum continent ornamenti diuersa ab his, quæ Cicero, & Quintilianus eisdem de rebus tradiderunt. Topicorum libertatum modò declarat viam ab Aristotele inuentam ad reperiendum in omni ratione argumētum: & quoniā ad Trebatium iurisconsultum scriptus est, exempla habet ex intima iurissciētia desumpta, quæ usq; eo sunt difficultia, ut sua obscuritate multos ab eius libri lectione re iijciant. In oratore vero ad Brutum quæ sit optima species, & quasi figura dicendi Cicero disertissime exponit. Sed cum ad Brutum scriberet vulgaria præcepta per multa, quæ discendi studiosis vehementer conducunt, breuiter percurrit, vel penè præterit. Que vero de orationis numero mirabiliter præcipit, ut adeuntibus ad eloquentiam utilia sint, ordinem alium, & exemplorum lumen desiderat. His de causis cupiebant nostri præceptores, ut omnes eloquentiae partes explicatae definitionibus, exemplis illustratae ex Aristotelis sententiā, Ciceronis vero & Quintiliani non sententia solū, sed plerūq; etiā verbis aliquo libro, via & ordine comprehendereantur. Futurum enim existimabant si id fieret, ut discipuli simul cū vulgaribus Rhetoricae præceptis illa magis recordita de argumētorum locis, de amplificatione, de orationis forma & numero perciperent. Quam ego provinciam cum corum volūtate suscepisse, quibus libenter vitæ moe ratiōnes commisi, his tribus libris dīcendi præcepta, quantum exigue ingenij mei vites efficere & consiq; i potuerunt, complexus sum, ut iuuarem adolescē-

tes ad legendos Aristotelis, Ciceronis & Quintilianii doctissimos libros, quibus eloquentiae fontes continentur. Neque vero ignoror multa horum, quae a veteribus sunt tradita, a his a quibus defendi aequius erat, editis etiam libris oppugnari. Sed cum a multis, qui singulari doctrina sunt prediti, eadem defensa sint, mihi consilium fuit, de his, quae tot doctissimorum seculorum approbavit consensus, nihil sine ratione mutare. Imo vero te Christiane lector vehementer oro atque obsecro, ut hanc libidinem temere contradicendi veteribus scriptoribus de animo tuo penitus cuelas, ne ad eius perniciem logius deinde serpat. Nam simul atque cupiditas haec ad ingenium tanquam fax ad materiam adhaesit, incredibile dictu est, que continuo excitet incendia. Illud etiam tibi persuadeas velim, nos nihil magis cupere, quam

ut virtute & literis maxime sis ornatus, ut Christo

Iesu, qui est parens & salutis vita nostra nobis misericordia & confortatio, gratius sis & iucundus.

# IN LIBROS DE ARTE Rhetorica Authoris Proæminim.



Rationis & orationis tanta est similitudo, ut Græci, qui non intelligendi solum, sed loquendi etiam principatum tenuerunt uno, utrāq; vocabulo, Latini Græcorum prudentia & æmuli eodem pene nominarint. Est enim oratio quasi rationis imago quædam. Rationem in mente, cui regnum totius animi tributum est, Deus Opt. Max. posuit: orationis sedē idem summus opifex in celsissima ac nobilissima corporis parte collocavit: ratio est sicuti lux quædam lumenq; virtus: oratio est rationis decus & ornamentum: ratio regit ac moderatur proprium animum: oratio flectit etiam alienos: rationis est species admirabilis, eam tam enītus latenter orationis pulchritudo declarat. Ita quod lumen est soli principi ac moderatori luminum reliquorum, id est oratio rationi dominæ ac reginæ rerum omnium. Hinc nimirum, fit, ut summi illius rectoris mundi huius bonitatem, sapientiam, vim & potestate in suspiciendam, admirandamq; hominum generi ut rationis, sic orationis vis & natura cogat confiteri. Quid enim admirabilius esse potest, quam cogitationes tam multas, tam excellentes, tam varias atque multiplices orationi commendari? Orationem vero exceptam aere quasi vehiculo incredibili celeritate breuissimo temporis spatio ad quam plurimos peruenire? ac postremo per tenuissimos aurium meatus singulari opere artificioq; perfectos in alienos animos introire, atq; in eistam perfecte tam insigniter impri- mere speciem suam, ut morientes consoletur, torpentes excitet, afflitos erigat, inanilætitia elatos cohipeat, & in quemuis denique motum auditorem impellat? Quod si orationis tanta præstantia est, non potest non maxima esse dignitas Rhetoricæ, qua ornanda orationis doctrina continetur. Eadem enim hominis ratio, quæ ceteras artes inuenit, dicendi quoq; artificium illustravit. Nam primo terrâ peruagata non modo eius formam, situm, fœcuditatem, sed eorum etiam quæ in ea gignuntur varietatem, usum, naturamq; cognouit. Tum mare ingressa profundum & immēsum, quot genera, quamq; d. sparia degentium in eo belluarum inuestigauit? Ex considerum ornatum & pulchritudinem admirans, cognito prius aere & his, quæ

ex co.

ex eo generantur, in cœlum usque penetrauit. In quibus rebus tam multis, tam varijs, tam disianctis, tam abditis atque obscuris inuestigandis, si tanta fuit rationis sagacitas & solertia in expolienda oratione, quæ eius comes, & interpres est, non minori profecto fuit cura. Hic est eloquentiae ortus, hæc nobilitas, hec cum ratione coniunctio. Quia de causa vehementer vigilandum est ijs, qui sapientiae flagrant studio enitendumque omni cura ac diligentia, ut Rhetoricæ dialecticæque præceptis optime cognitis, ad reliquarum artium fastigium contendant. Quam viam iucundam, facilem, breuem & quasi compendiariam, non modo non asperam atque arduam, aut longam esse comperient. Quod ut facilius consequantur, hi tres libri artificium dicendi à veteribus traditum breuiter explicabunt. Et in primo quidem libro, qui de Inuentione est, sedecim argumentorum loci sunt explicati simul cum his, quæ ad permouendos animos ex eisdem locis eruntur. Præcepta etiam quedam sunt expofita ad exhortationem & deliberationem accommodata. In secundo vero, qui dispositionis præcepta continet, de orationis partibus, de statu, iudicatione, & ea controversia, quæ ex interpretatione scripti existit: præterea de ratiocinatione, enthymemate, inductione & exemplo agitur. Et quoniam frequens metio facta est ab antiquis autoribus Epicherematis, Soritis, & Dilemmatis, eorum vis explatur. Tertius denique liber docet orationis ornatum, qui est in verbis vel simplicibus, vel coniunctis. Itaq; de verbis nouis, de inusitatibus, detropis, de luminibus verborum, & sententiarum, de origine, causa, natura & usu orationis aptæ, ac numerosæ, tum ad extremum de memoria, & pronunciatione in eo differitur. Sed quo maior utilitas ex eloquentia percipi possit, Christianis præceptis diligenter ea purganda est. Ut enim bonus agricola uitem, quæ sylvestrit, & in omnes partes nimia funditur, ferro coercens: tum fructu lætiorem, tum aspectu pulchriorem reddit: sic eloquentia si amputetur errorum inanitas, in quos delapsa est, vitio hominū diuinæ leges ignorantium, suam admirabilem speciem recuperabit. Excidatur igitur mentiendi licentia, quam seuerè diuinis præceptis interdictam oratori. Quintilianus & antiqui rhetores sōcedūt: amputetur procacitas & vitium illud reterritum lacerandi alios probris, contumelijs, maledictis, cui utinam ne Demosthenes & Cicero tātopere indulsisser: resecetur arrogantia & inanis laudis appetitus, qui acie animi perstringit: intelligatur iniquum esse tenebras auditoribus offendere, ne verum perspiciant, & suffragium atque sententiam dicende

eendo corrumpere, quod à Græcis & Romanis oratibus est factum. His tot, tantisque deletis maculis, continuo existet illa diuina & cœlestis Christianæ eloquentia pulchritudo, quæ tanto erit præclara magis & eximia. quanto diligentius ad omnium hominū utilitatem conferetur. & ad laudes celebrandas Dei Opr. Max. qui sermonem homini dedit ad societatem & coniunctionem cum hominibus tuendam. Hæc est illa Christiana eloquentia, qua Grægorius & Basilius nobilissimum patr. amicitiæ, doctrinæ sanctitatis plurimum præstiterunt, & Iuliani amentissimi, & profligatisimi hostis religionis impetus omnes fregerunt: hac excelluit Athanasius vir sanctissimus, quem nec sequissima periculorum tempestas, nec humanorum commodorum aura potuit vñquam de suo cursu dismouere, quin Arrij impium & conseleratum comprimeret furem: hac floruerunt Chrysostomi, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, Cypriani, qui Christianæ Reip. fuerunt lumen longe clarissimum. Ut alios quam plurimos omittam, quorū est copia digna Christiani nominis gloria. Hostales actaneos viros qui volet imitari, colat Christianam eloquentiam, quæ ex diuinarum rerum cura & contemplatione, ex diuinarū rerum cura & contemplatione, ex Christi Iesu amore, ex maximarum deniq; artium studijs efflorescit.

# De arte Rhetorica

## LIBER I.

Quid sit Rhetorica, quod eius  
officium, & finis.

Caput. I.



Arist. lib. 1.  
Rhet. c. 1.  
De clar. or.  
Quint. lib. 2.  
cap. 18.

Offic. 2.

Arist. I. lib.  
Rhet. ca. 8.  
De invent.  
1.

HETORICA EST  
vel ars, vel doctrina  
dicendi. Ars est, quæ Quid sit ars  
dat rationes certas,  
& præcepta facien= Rhetorica  
li aliquid, quæ ha= est ars.  
bent ordinem, & quasdam errare in fa= ciendo non patientes vias. Esse autem elo= quētiæ artem perspicuum est: cum enim  
rerum minimarum sine arte nulla sit, ho= minum est parum cōsideratè iudicantium,  
credere maximarum rerum nullā esse ar= tem. Dicere est, ornatè, grauiter & copi= osè loqui. Rhetoricæ officium est, dicere  
A appo=

Officium &  
finis Rheto= ricae.

*Opus Rhetorice  
de tunc civile quo  
facto dicendum  
sit.*

2

DE ARTE

*appositè ad persuasionem: finis persuades-  
qui cur q̄ nō per-  
ficit dñs se-  
renor di cetero  
oratoꝝ*

re dictione. Ut enim gubernatori cursus se-  
cundus, medico salus, imperatori victoria  
ut moderatori R eip. beata ciuiū vita pro-  
posita est, ut opibus firma, copijs locuples,  
gloria ampla, virtute honesta sit, sic ora-  
tori nihil aliud propositum est, nisi ut di-  
cendo persuadeat.

Cic. li. 5. de  
Rep. est au-  
tē is locus  
lib. 8. epist.  
ad Att.

De utilitate, dignitateque Rhetoricae.

Caput. 2.

Eloquentiae  
dignitas.

**D**ignitas eloquentiae, vel ex eo intelligi  
potest, quod in omni libero populo, ma-  
ximeq; in pacatis, traquillisq; ciuitatibus  
principue semper floruit, semperq; domina-  
ta est. Quid enim aut tam iucundum cognitu-  
atque auditu, quam sapientibus sententijs,  
grauibusque verbis ornata oratio, & per-  
polita: aut tam potens, tamq; magnificum,  
quam hominum animos unius oratione  
conuerit? Quid admirabilius quam res splē-  
dore

Arist. lib. 1.  
rhet. c. 1.  
De orat. I.  
Quint. li. 2.  
cap. 17.

dore illustrata verborum? Oratoris est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sentētia, eiusdem & lāguentis populi incitatio, & effrenati moderatio. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutem ardentiū? quis à vitijs acrius reuocare? quis vituperare improbos asperius? quis laudare bonos ornatius? quis cupiditatē vehementius frangere accusando potest? quis mero rē leuare mitius cōsolando? Ac ne plura, quae sunt pene innumerabilia, dicantur, breuiū statuendū est perfecti oratoris moderatione & sapientia non solum ipsius dignitatem, sed & priuatorum plurimorū, & vniuersæ Reip. salutem maximè cōtineri. Quo maior igitur est eloquētiæ vis, hoc est magis probitate iungenda, summaq; prudentia: quarum virtutum expertibus si dicendi copiā tradiderimus, noneos quidem

Oratoris,  
& in rep. &  
inter priua  
tos magna,  
& præclaræ  
munera.

De orat.;

Eloquentia  
cum prob-  
tate iungē-  
da est.

A ij ora-

DE ARTE

oratores fecerimus, sed furentibus quædam  
arma dederimus.

De materia Rhetoricæ.

Cap. 3.

Quid artis  
materia sit.

**A**Rtis materia est, in qua omnis ars, &  
ea facultas, quæ conficitur ex arte ver-  
satur: ut si medicinæ materiā dicamus mor-  
bos, ac vulnera, quod in his omnis medicina  
verisetur. Itē quibus in rebus versatur ars,  
& facultas oratoria, eas res materiā artis  
Rheticæ nominamus. Sed hoc interest De orato.  
inter alias artes, & eloquentiam, nam cæ-  
teræ ferè artes se ipsæ per se tacent singu-  
læ: bene dicere autem, quod est scienter, &  
peritè, & ornatè dicere, non habet definitā  
aliquam regionem, cuius terminis septa te-  
neatur. Omnia quæcunq; in hominum dis-  
ceptionem cadere possunt, bene sunt ei  
dicenda, qui hoc se posse profiteatur, aut elo-  
quentiæ nomen relinquendum est: **Quam**  
**opinio-**

7. abr. ut sit mix  
tus p. medicis orce  
Be est ut h. per  
fectus, se quis in  
q; orat. nō 4  
hec est ut sit  
virtus p. o.  
dixit

oratio ex iub.  
d' r. v. w. confi-  
citur

De iauent. I.  
Quint. li. 2.  
c. 22.

Quid inter  
artium cæ-  
terarum &  
Rheticæ  
materiā in-  
tersit.

*opinionem non solum Romanæ eloquètiæ parens Cicero, sed philosophorum etiam facile principes Plato, & Aristoteles multo ante secuti sunt, materia enim oratori ad dicendum subiecta, quæstio est.*

Oratoris  
materia est  
quæstio.

## De quæstione. Cap. 4.

In part.

Topic.

De orato. 2.

Topic.

Cic. in To-  
pic. in part.  
Quint. li. 3.  
cap. 5.

**Q**uestionum duo sunt genera, alterū infinitū, quod Græci Thesin, Cicero propositum vocat: alterum certum & definitum, quod hypothesin illi, Latini vel causam, vel controuersiam solēt appellare.

Propositum est, in quo aliquid generatim quæritur hoc modo: expetēda ne sit eloquètia? Causa est, quæ certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotijsq; cernitur, hoc modo: An Socrates iure fuerit ab Atheniensibus damnatus?

Propositi duo sunt genera cognitionis alterum, cuius scientia est finis, vt, an solis magnitudine multis partibus terra superetur: alterum actionis,

Questiōnū  
duo genera

Propositiū,  
quid sic.

Quid sit  
causa.

Propositi  
duo genera

A iij quod

Causarum  
triagenera

quod refertur ad efficiendum quid, ut si  
queratur, quibus officijs amicitia colenda  
sit. Causarum tria sunt genera iudicij, deli-  
berationis, exornationis, quæ quia in lauda-  
tione maximè confertur, proprium habet  
ex eo nomen laudationis.

De exornatione, Deliberatione,  
& Iudicio. Caput. 5.

Exornatio-  
nis parte:,  
tempus &  
finis.

**I**N exornatione duæ sunt partes, laus,  
& vituperatio. Tempus tum præsens,  
tum præteritum, Spectat autem orator ho-  
nestatem præcipue cum laudat, turpitudinem  
cum vituperat, mouetq; auditores ad dele-  
ctionem. Deliberatio continet in se sua-  
tionem, & dissuasionem, tempus verò futu-  
rum. Finis, quem sibi proponit orator in su-  
adendo est dignitas, mouetq; deliberantem  
ad spem maximè: in dissuadendo contra in-  
dignitatem spectat, & in reformatio-  
nem pertrahit: Iudicium in quo præteritum tē-  
pus

De inuict. 1.

Arist. lib. 1.  
Rhet. c. 4.

In part.

De inuict. 1.

Ar. 1. Rhet.  
cap. 3.  
Cic. de or.  
2. q. 1. 119

In part.  
De inuict. 1.

Iudicij par-  
tes tempus  
& finis.

De inuēt. i. c. 3. Quint. li. 7. *pus maxime valet, habet in se accusationē, & defensionem: eius finis iustorum, & in iustorum quæstione continetur, & ad sauitiam aut clementiam iudex est incitandus.*

**Quomodo hypothesis ad thesin  
reuoocanda sit. Cap. 6.**

In part. in  
Top. Quin  
til. li. 3. c. 5.

**C**Vm consultatio sit quasi pars causæ quædam, & controuersiæ, inest enim infinitum indefinito, debet orator causam ad infiniti generis quæstionem transferre, quod ut exemplo pateat, finita est, An Aristotelis philosophia sit perdiscenda: eius quasi pars quædam est illa infinita, An philosophia sit perdiscenda, ad quam orator finitam transferret. Sunt enim ornatissimæ orationes eæ quæ latissime vagantur, & à priuata ac singulari controuersia se ad vniuer sigeneris vim explicandam conferunt & conuertunt, ut ij,

Consultatio  
est pars cas  
sæ.

Cic. de ora  
to, p.

Ornatissi-  
mæ sunt o-  
ratiōesque  
vñueſi ge-  
neris vim!  
explicant.

*A iiiij qui*

In orat.

Pro Archia.

qui audiunt, natura & genere, & vniuersa re cognita de singulis rebus statuere possint. Quod ut facere possit orator excelles, à proprijs personis, & temporibus semper, si potest, auocat controuersiam, & ad vniuersi generis orationē traducit. Sic Cic. cùm de Archiae poetæ facultate, summaq; doctrina dicere instituisset, de humanioribus literis & poeticæ laudibus, quæ vniuersi generis oratio est, ornatisimè disputauit.

## De partibus Rhetoricae.

## Cap. 7.

De orat. 2.  
Quint. li. 3.  
cap. 3.

**Q**VINQUE sunt partes, & quasi membra eloquentiæ: inuentio, dispositio, elocutio, memoria, pronunciatio. Oportet enim primum inuenire quid dicas, inuenta disponere, deinde ornare verbis: post memoriam mandare, tum ad extremum agere. Inuentio est excogitatio rerū verarum, aut verisimilium, quæ quæstionem probabilem reddat.

De inuent. 1.

Quinq; Rhe  
thoricæ par  
tes.

reddant. Dispositio est rerū inuentarum  
in ordinē distributio. Elocutio est idoneo-  
rum verborum & sententiarum ad inuen-  
tionem accommodatio. Memoria est fir-  
ma orationis perceptio. Pronunciatio est  
ex rerum & verborum dignitate corporis  
Quint. 3. c. 3. & vocis moderatio. Nec audiendi quidā,  
qui iudicium sextam esse partem voluerūt,  
adeò enim tribus primis partibus est per-  
mitatum (nam inuentio sine eo, nec dispo-  
sitio, neque elocutio fuerit) ut pronuncia-  
tio quoque, vel plurimum ab eo mutuetur.

Nō est exi-  
stimus in  
uenisse qui  
sine iudicio  
inuenit. Nec inuenisse credendus est, qui non iudi-  
cauit. Quod similiter in alijs partibus, qui-  
bus iudicium permistum est, existimare  
debemus. Hinc apparet quām prædara-  
res, quām etiam difficilis eloquētia sit, quæ  
ex quinq; rebus constat, quarū unaquæq;  
est ars ipsa magna perse se. Quare quinq;  
artium cōcursus maximarum, quantam  
vim, quantāmq; difficultatē habeat existi-

Judiciū nō  
est R̄ ero-  
rica pars.

De clar.  
orat.

A v mari

*Opera ora-  
toris.*

*mari potest. Sunt igitur quinque R̄hetori-  
cæ partes omnino. At inuenire, disponere,  
eloqui, memoria complecti, pronūciare ope-  
ra sunt oratoris.*

*Quint. li.,  
c. i.*

**Quibus eloquentia comparetur, ac  
primum de Natura. Cap. 8.**

*Eloquentia  
comparatur  
arte, natura  
& exercita-  
tione.*

**E**loquentia, quæ quinque supradictis  
constat partibus, natura, arte, & ex-  
ercitatione comparatur. *F*mitationē enim,  
vel arti, vel exercitationi subiucere possis.  
*D*e quibus singulis, quoniā maximi sunt  
momenti & ponderis, aliquid dicendū est.  
*N*atura igitur primū, atq̄ ingeniu ad di-  
cendū vim affert maximā. *N*ā & animi  
& ingenij celeres quidā motus esse debent.  
qui ad excogitandū acuti, & ad explicā-  
dum, ornandū q̄ sint uberes, & ad memo-  
riā firmi ac diuturni. *Q*uæ accendi ac cō-  
moueri arte possunt, inseri quidē, & dona-  
ri ab arte non possunt omnia: sunt enim  
dona

*De inuenient:  
lib. i.  
Ad Heren.  
lib. i.  
Quint. li.,  
cap. i.*

*De orato. I.*

dona naturæ. Illa etiam naturæ sunt, quæ cum ipso homine nascuntur, linguæ solutio, vocis sonus, latera, vires, conformatio quædam, & figura totius oris & corporis. Quæ tamē ab arte limari possunt, & quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrina, & quæ non optima, aliquo modo acui, & corrigi possunt. Neque homines adolescentes, si quid naturale fortè nō habent, dicendi studium relinquant, magni enim facere debent illam ipsam, quancunq; haeruerint, mediocritatem in dicendo.

Naturæ dona sunt arte meliora.

*ad imitatum  
naturam.*

### De Arte. Cap. 9.

Decorato. 2  
Quint. li. 2.  
c. 20.

CUM natura, quæ optima est, ars iungi debet, quæ à natura profecta est. Notatio enim naturæ, atque animaduersio peperit artē. Habet igitur ars hanc vim, non ut aliquid, cuius in ingenij nostris pars nulla sit, pariat, & procreet: verum ytea, quæ sunt orta iam in nobis &

Notatio naturæ peperit artem.

pro-

Ars studio  
se colenda  
est.

Ars certior  
est dux qua  
natura.

procreata, educet, atq; confirmet. Quia de  
causa studiosè colenda est, ut quæ viam &  
rationem dicēdi doceat, & si enim magnis  
ingenijs prædicti quidam dicēdi sine arte co-  
piam sunt consecuti, ars tamen certior est  
dux, quam natura.

### De exercitatione. Caput. 10.

Exercitatio  
dicēdi per-  
fectione cō-  
summat.

**I**N præstanti natura, quam ars expos-  
lit, exercitatio absolitionē perfectio-  
nemq; dicendi consummat. Cum enim ad De orat.li.1.  
naturam eximiam & illustrem accesserit Quint.li.2.  
ratio quædam confirmatioq; doctrinæ, tum  
illud nescio quid præclarū ac singulare so-  
let existere. Quo circa interest permagni, Cic.pro  
studium & ardorem quendam amoris af-  
sumere, sine quo cum nihil quicquā egre-  
gium, tum certe eloquentiam nemo inquā  
assequetur. Ex hoc ardore nascitur diligē-  
tia, quæ vt in omnibus rebus, sic in dicen-  
di facultate plurimum valet. Hæc præci-  
pue

Diligentia  
vis.

puè colèda est nobis: hæc semper adhibenda: hæc nihil est quod nō assèquatur. Quoniam de Rhetoricæ definitione, dignitate, fine, officio, & materia dictum est quòd que sint eius partes explicauimus, & naturam, artem, exercitationem eloquentiæ consequendæ necessarias ostendimus, sequitur, ut de singulis eius partibus disseramus.

### De Inuentione. Cap. II.

In part.

**Q**uoniam igitur primum oratoris munus est inuenire, dabit operam ut inueniat, quemadmodū fidem faciat eis, quibus volet persuadere, & quemadmodum motum eorum animis afferat. Fidem facit orator argumentis, mouet incitando aut ad voluptatem, aut ad molestiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem: tot enim sunt mortis qualia, tuor sicut generis, opinione boni alicuius aut mali nascitur, læritia

Orator facit fidem argumentis.

Mortis qualia tuor sicut genera,

*lætitia & cupiditas cx opinione boni nascuntur: ægritudo & metus in malorum opinione versantur.* Est igitur ægritudo siue molestia, opinio recēs præsentis mali, in quo demitti contrahiq; animo rectum esse videatur. Voluptas, opinio recēs boni præsentis, in quo efferriri rectū videatur. Metus opinio impendentis mali, quod intolerabile videatur. Cupiditas, opinio venturi boni, quod sit ex vñsu iam præsens esse, atq; adesse. Opinio autē quæ in omnes superiores definitiones includitur, est imbecilla assensio. In proposito fidem solum facit orator, in causa vero fidem, & motū, de quo mox dicemus.

**Quid inuentio, quid argumentum & argumentatio. Cap. 12.**

Quid sit in  
uētio, quid  
argumentū

**I**NVENTIO est excogitatio argumenti. Argumentum est probabile inuentum, In part. ad faciendam fidem: vel aliter, est ratio In Top. rei dubiæ faciens fidem. Fides vero est fir= In Part.

ma

ma opinio, ut si velis fidem facere, eloqūtiam esse expetendā, excogitesque illud argumentum, nimirum esse artem bene dicēdi: possis hoc modo argumentationem concludere. Ars benedicendi est expetenda, ea est eloquentia, est igitur eloquentia expetenda. Est autem argumentatio argumenti explicatio, qua dialectici pressius, & religiosius, oratores ornatius & liberioris utuntur. Locus autē est sedes argumenti. Aristoteles enim proposuit quosdā locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnē disputationē inueniretur. Qui nihil aliud esse videntur, quā notae quædā, quibus admone mur, quid in ipsis peruestigare debeamus.

Quid sit argumentatio.

Dialectici  
pressius quā  
oratores ar-  
gumenta-  
tione utuntur.

In Part.

Topicis.

De orat.

### Quotuplia sint argumenta.

#### Caput. 13.

In Topic.

In part.

**A**Rgumenta partim in eo ipso, de quo agitur hæret, quo circa insita dicuntur, partim extrinsecus assumuntur quæ remota vocantur: quoniā absunt, longeque ab eo,

Argumēta,  
vel insita  
sunt, vel as-  
sumpta.

eo, de quo agitur, disiuncta sunt, ut si dicas eloquentiam esse expetendam, quod bene dicendi sit ars, ratio est insita, in eo de quo agitur, eloquentia enim est ars bene dicendi. Sin expetendam dicas, quod Aristoteli, vel Ciceroni, vel Platoni ita visum sit, ratio erit remota, autoritas enim illorum virorum non est in ipsa eloquentia, quae suapte natura esset expetenda sine illorum commendatione.

De numero locorum. Cap. 14.

Loci argu-  
mentorū in  
sitorū sunt  
sedecim.

**L**oci, vnde argumenta insita eruuntur, numero sunt sedecim: alia enim ducuntur à definitione, alia à partium enumeratione, alia à notatione, alia cōiugata appellatur, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex adiunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex reprobantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex cōparatione maiorum, aut parium, aut

In Topicis,  
in par.

Lib. 5, cap. 1. aut minorum. Argumenta extrinsecus as-  
sumpta Quintiliano sunt sex: præiudicia,  
fama, tornæta, tabulæ, ius iurandū, testes.

Argumenta  
assumpta  
sunt sex.

## De definitione. Cap. 15.

In Topic.  
Quint. li.,  
cap. 10.

**D**efinitio est oratio, quæ id quod defini-  
tur, explicat, quid sit: ut, Virtus est  
recta animi affectio, Rhetorica est doctri-  
na dicendi. Definitionum multa sunt & ge-  
nera, & præcepta, sed ad huius libri insti-  
tutum ea nihil pertinent, tantum est dicen-  
dum, qui sit definitionis modus. Sic igitur  
veteres præcipiūt. Cum sum pseris ea, quæ  
sunt ei rei, quam definire velis, cum alijs  
cōmunia, eovsq; persequi, dum proprium  
efficiatur, quod nullam in aliam rem trans-  
ferri possit, ut hoc, Rhetorica est ars: com-  
mune adhuc, multa enim genera sunt artiū  
ut grammatica, dialectica: vnum adde ver-  
bum, Dicendi: iam à communitate res dis-  
iuncta videbitur, ut sit explicata definitio,

Definitio-  
num multa  
sunt genera.

Qui sit defi-  
nitio. s mo-  
dus.

B Rhet

Ficu'tas de  
finiendi est  
oratorine-  
cessaria.

R̄̄htorica est ars dicendi. Hæc facultas in Orat.  
definiendi debet esse in eloquente, ut defini-  
re rem possit. Est enim explicanda sæpe ver-  
bis mens nostra de quaq; re, atq; inuolutæ  
rei notitia definiendo aperienda est. Defi-  
nitio enim quasi inuolutum euoluit id, de  
quo quæritur, sed id, non faciet tam pressè  
et angustè, quam in illis eruditissimis dispu-  
tationibus fieri solet: sed cum explanatius,  
tum etiam uberius, & ad cōmune iudiciū,  
popularemq; intelligentiam accōmodatius.

*Sic Cicero, qui sunt optimates definit, cum  
ait: Sed genus vniuersū (ut tollatur error) Pro Seclie  
breui circū scribi & definiri potest. Omnes  
optimates sunt, qui neq; nocentes, nec na-  
tura improbi, nec furiosi, nec malis dome-  
sticis impediti. Argumenti à definitione ta- In Topicis.  
lis est formula, Ius ciuile est æquitas con-  
stituta ijs, qui eiusdē sunt ciuitatis, ad res  
suas obtainendas, eius autem æquitatis uti-  
lis est cognitio, utilis est ergo iuris ciuilis co-  
gnitio*

gnitio. Sæpe etiam definiunt & oratores, Oratores &  
 & poetæ per translationem verbi ex similitudine cum quadam suavitate, quos licet poetæ sæpe  
 imitari si adolescentiam florem ætatis, definire.  
 deſtutum occafum vitæ velis definire. per transla-  
 tionem.

## De partium distributione. Cap. 16.

In Topic. Quint. li. 5. c. 10. **A**R gumēto à partium distributione sic est vtendum nullam ut partem relin= quamus. Ut si velis probare calliditatem non esse virtutem à virtutis partibus, quæ quatuor sunt. Prudentia, Iustitia, Fortitu do, Temperantia, sic probare possis. Omne quod honestum est, id quatuor partium ori tur ex aliqua, aut enim in perspicietia veri, solertiaq; versatur: aut in hominum socie tate tuenda, tribuendoq; suum vnicuique, & rerum cōtractarū fide: aut in animi ex celsi, inuidiū magnitudine, ac robore: aut in omniū, quæ fiunt, quæq; dicūtur, ordine et modo, in quo inest modestia, et temperatia.

**B** ij calli-

*calliditas ex nulla illarum partiū oritur,  
non est igitur virtus.*

De Notatione. Caput. 17.

Notatio  
Græc's Ecy  
mologia di  
cta, orato-  
ribus & po-  
etis est fa-  
miliaris.

**E**tymologia, quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta est **Nota-**  
**tio.** Ea sèpè vtuntur Oratores & Poetæ,  
vt Ouidius.

In To. Quin  
til. 1.c. 10.

In Top.

*Est via sublimis cœlo manifesta sereno,  
Lactea nomen. habet candore notabilis ipso.*

Met. lib. 11

*Et alibi.*

Vnde sena-  
tus. dictus.

Aprilis vn-  
de.

Argumentū  
a notatione.

*A senibus nomen mite senatus haber.*

Et Fast. lib. 5.

*Nam quia ver aperit tunc omnia, densaq; cedit*

Fast. lib. 4.

*Frigoris asperitas, fœtaq; terra patet,*

*Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.*

*Annotazione sumitur argumentum, cum  
ex vi nominis elicetur, hoc modo: Si consul  
est, qui consulit patriæ, non igitur Piso cō-  
sul, qui eam euertit.*

Vis huius  
exempli est  
in Orat. in  
Pisonem.

De coniugatis. Cap. 18.

**C**Oniugata dicuntur, quæ sunt ex vers  
bis generis eiusdem. Eiusdem autem  
generis

In Top. Q.  
lib. 5.c. 10.

generis verba sunt, quæ orta ab uno varie  
commutantur, ut sapiens, sapienter, sapien-  
tia. Ex hac verborum coniugatione huius-  
cmodi argumento usus est Ouidius.

*Aurea nunc verè sunt secula plurimus auro  
Venit honor.*

### *Et Juuenalis.*

Satyr. 8.

*Summum crede nefas animum preferre pudorū,  
Et propter vitam vivendi perdere causas.*

In Pisonē.

Cicero etiam. Cum enim esset omnis causa  
illa mea consularis & senatoria, auxilio  
mihi opus fuerat, & consulis, & senatus.  
est, & illud elegans in primis, Homo sum  
humani nihil à me alienū puto. Cicero lib.  
de oratore secūdo hoc vtitur exēplo, Si pietati  
summa tribuēdalausest, debetis moueri,  
cum Q. Metellū tam piè lugere videatis.

Terent. in  
heaut.

De genere & forma. Cap. 19.

In Top.  
De orat. 1.  
Quint. li. 5.  
cap. 10.

**G**enus est quod duas, aut plures partes  
sui ipsius communione similes am-  
pletebitur. Partes, quas genus amplectitur  
B iij formæ

*qui d ge-  
nus sit.*

formæ dicuntur. ut, *Virtus est genus, plus res enim formas, quatuor scilicet comple-*  
*ditur, Prudentiam, Iustitiam, fortitudinem*  
*& temperantiam, quæ sunt similes virtutis*  
*cōmunione: ut prudentia enim, sic iustitia,*  
*sic fortitudo, sic temperantia virtus est.*

Quid for-  
ma fit.

*Hinc perspicuum fit, quid sit forma, est enim pars generis subiecta. Argumentum*

De orat. i.

*à genere sic tractatur. Virtutis laus omnis*

Officio. i.

Arg. à gene-  
re.

*in actione consistit, prudentiae igitur laus*

Arg. a for-  
ma.

*omnis in actione consistit. Ex forma autem,*

Quint. li. §

c. 10.

*Quod iustitia est, utique virtus est.*

### De similitudine, & dissimilitudine.

#### Cap. 20.

Quid simi-  
litudo fit.

*Similitudo est, quæ traducit ad rem quam*  
*piam aliquid ex re dispari simile: ex ea*  
*fumitur argumentum hoc modo. Cicero, Sed*  
*nimirū ut quidā morbo, & sensus stupore*  
*suavitatem cibi non sentiūt, sic libidinosi,*  
*auari, facinorosi veræ laudis gustum non*  
*habent. Ouidius.*

In Topic.

Autor ad

He.lib. 4.

Phil. 2.

Arg. a simi-  
litudine.

*Sci-*

Arist. lib. i.  
cle. 4.

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum,  
Tempore sic duro est inspicienda fides.

*Ex dissimilitudine sive differentia dicitur  
hoc modo argumentum.*

2. de orat.

*Si barbarorum est in diem viuere, nostra  
consilia sempiternum tempus spectare de-  
bent. Eodem pertinet illud eiusdem Cicer.  
dies enim affert, et hora potius, nisi prouis-  
sum est, magnas saepe clades. certus autem dies  
non ut sacrificij, sic consilij expediri solet.  
Quasi diceret: dissimilia sunt sacrificium,  
& consilium: non igitur sicuti sacrificij, sic  
certi & stati dies debent esse consilij.*

phil. 3.

De contrarijs. Cap. 21.

Arist. in c.  
de oppos.  
Cic. in Top.

*C*ontrariorum genera sunt quatuor, ad-  
uersa, priuantia, quae inter se conferuntur,  
& contradicentia. Aduersa sunt, quae  
in eodem genere plurimum differunt, ut vir-  
tus, vitium, quae cum animi habitus sint, plu-  
rimū tamen inter se differunt: & bellū, pax,  
sapientia, stultitia, ex quibus argumenta

B iiiij talia

Argumentū  
à dissimili-  
tudine.

Contrario-  
rum genera  
sunt quatuor

Aduersa  
quid sint.

Argumēta  
ab aduersis

*talia existunt. Si stultitiam fugimus, sapi- Topic.  
entiam sequamur, & bonitatē si malitiā,  
Hinc illud Drancis apud Virgiliū.*

*Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.*

Lib. II. Aen.

*Perinde enim est, atq; hoc: Bellum est no-  
bis perniciosum, pax igitur expetenda est.*

Cicero, *Quid cum fatentur satis magnam* Tascul. 5  
*vim esse in vicijs ad miseram vitam, nonne*  
*fatendum est, eādem vim in virtute esse ad*  
*beatam vitam? Contraria enim contrario-*

Priuantia quid sint. *sunt consequentia. Priuantia sunt ha-  
bitus, & eius priuatio, ut lux tenebræ vita-  
mors, scientia inscitia, humanitas inhu-  
manitas: præpositio enim, in, priuat ver-  
bum ea vi, quam haberet, si in, præposi- Topic.  
tum non fuisset. Ex his dūctum est illud.*

Argumen-  
tū  
à priuant-  
iis.

*Cice. in Miloniana, Eius igitur mortis se- Pro Mil.  
detis vltores, cuius vitam, si putetis per vos  
restitui posse, nolitis? Tertio loco sūt ea, quæ  
inter se cōferuntur, ut duplum simplum, da-  
tum acceptum, miles & imperator, docere*



Pro Marcel  
lo.

& discere. Ex hoc loco est illud Cicer. ex quo profectò intelligi debet, quanta in dato beneficio sit laus, cū in accepto tanta sit gloria. & item hoc, Non igitur periculū est, ne quis putet, in magna arte & honesta, turpe esse docere alios id, quod ipsis fuerit honestissimum discere Huc pertinet Virgilianum illud.

Arg. ab his  
quæ inter se  
cōferuntur.

In Orat.

Lib. 8.

A En. lib. 8.  
Top.

Arma rogo genitrix nato.

Ultimo loco sunt negantiā valde cōtraria aientibus: ut si hoc est, illud non est: ex quibus necesse est, alterum verum esse, alterum falso.

Negati sunt  
valde non-  
traria aien-  
tibus.

De adiunctis. Cap. 22.

In Topic.  
Q uint. li. 5  
c. 10.

A Diuncta sunt ea, quæ cum re sunt cōdiuncta, ut locus, ut tempus, ut ea, quæ rem circūstant: ut vestitus & comitatus hominē circūstant, & apparatus, colloquia, pedum crepitus, strepitus hominum, rubor, pallor, cæteraque, quæ suspicionem possunt mouere. Latissimè itaq; patent adiuncta

Adiuncta  
quid sint.

B v nam

Latissime  
patent a iū  
cta.

nam & quæ in hominis sunt siue animo,  
siue corpore, ut virtus, ut vitia, ut oris vel  
pulchritudo, vel deformitas, aliaque innu-  
mera comprehendunt. Ab his sumit ar-  
gumentum Cicero pro Milone, cum ait,

Cicer. pro  
Mil.

Argumentū  
ab adiūcū. Videamus nunc id, quod caput est, locus ad  
insidias ille ipse, ubi cōgressi sunt, utri tan-  
dem fuerit aptior, & multa deinceps: &  
paulo post, Videte nūc illum egredientem,  
primūm egredientem è villa subito, cur ve-  
speri? quid necesse est tardè? qui conuenit,  
Laus Pōpeij præsertim id temporis? & pro Cornelio.

Hunc quisquam incredibili quadam atque  
in auditā grauitate, virtute, constantia præ-  
ditum fæderascentem neglexisse, violasse,  
rupisse dicere audebit? loquitur autem de  
Pompeio.

Cicr. pro  
Cor. Bal.

De antecedentib. & consequenti.

Cap. 23.

A Nteccdentia sunt ea, quæ sic antece-  
dunt consequentia, ut cum ipsis nece-  
sariò

Aristot. 2.  
Topic. c. 2

In Topic.  
Cic.

sario cohæreant, qua ratione ab adiunctis  
distinguuntur. Coniuncta enim nunquam  
necessariò cohærent cum his, quibus adiunc-  
ta sunt. Argumenti ab antecedentibus ta-  
lis est formula, Ortus est sol igitur dies  
est. Consequentia verò sunt, quæ rem  
necessariò consequuntur: ab eis dicitur ar-  
gumentum, cum ratio rei dubiæ faciens si-  
dem sumitur à consequentibus, hoc modo,  
Dies est, igitur ortus est Sol. Ex hoc loco  
est illud Ciceronis in Antoniū, Luculentam  
tamen ipse plagam accepit, ut declarat cica-  
trix probat enim, quoniam cicatrix magna  
esse, vulnus quoque fuisse magnum.

Quonodo  
antecedētia  
ab adiunctis  
distinguau-  
tur.Arist. 2. To-  
pi. c. 2. Cic.  
in Top.Cōsequētia  
quid sint.

Phili. 7

## De repugnantibus. Cap. 24.

In Topic.  
Quint. li. s.  
cap. 10.

**R**Epugnantia neque certa lege, neque  
numero inter se deſſident: qua ratione  
à contrarijs, atque diſſimilibus discernun-  
tur: Exempli gratia, amare, et odio habere,  
contraria ſunt: amare verò, & nocere, &  
lædere,

Repugna-  
tia differat  
cōtrarijs &  
diſſimilibus

*lædere, & conuitijs insectari, repugnantia  
sunt. Argumenti à repugnantibus talis est  
formula, Amat illum, igitur non insectatur  
illum conuitijs. Hortēsius non erat aduer  
sarius Ciceronis aut obtrectator, semper  
enim est alter ab altero adiutus, & cōmu  
nicando, & monendo, & fauendo.*

## De Causis. Cap. 25.

*Causa est, quæ sua vi efficit id, cuius est  
causa: ut vulnus mortis, cruditas mor  
bi, ignis ardoris. Eius quatuor sunt genera,  
finis, efficiens, forma, materia. Finis est  
cuius gratia fit aliquid, ut domus finis est  
vſus, belli pax, hominis beata vita. Ab eo  
ducit argumentū hoc modo. Cic. contra Ep  
ureos, Hi nō viderūt, ut ad cursum equū,  
ad arandum bouem, ad indagandū canem:  
sic hominem adduas res, ut ait Aristoteles,  
intelligendum, & agendum esse natum,  
quasi mortale Deum, contraq; vt tardam  
alio-*

Quid causa  
fit.

Genera cau  
sarum sunt  
quatuor.  
Finis quid  
sit.

In Top. Ci  
ce. de fato.  
Quint. li. 5.  
cap. 10.

Ar. li. 2. phr  
li. c. 3.

De finib. 2.

aliquam & languidam pecudē ad pastum,  
& procreandi voluptatem, hoc diuinum  
animal ortum esse voluerunt, quo nihil mi-  
hi videtur absurdius. Huius enim loci hæc  
vis est, Homo natus est ad intelligendum  
& agendum, non igitur ad pastum & vo-  
luptatem est ortus. Efficiēs causa est à qua  
aliquid est, ut, Sol diem efficit, toto cælo lu-  
ce diffusa: Ab ea est illud Ciceronis contra  
senectutis vituperatores, Caret epulis, aiūt  
extructisq; mensis, & frequētibus poculis:  
caret ergo vinolentia, cruditate, & insom-  
nijs. Cuius loci vis in eo est, quod ubi causa  
deest, effecta quæ ex illa oriūtur, nullo esse  
modo possint. Et N̄isus, ut Eurialium  
seruet, se autorem cædis profitetur.

Efficiēs cau-  
sa, quid sit.

In lib. de se  
nest.

Arg. a cau-  
sa efficiēti,

AEn. lib. 9.

Me me ad sum, qui feci, in me conuertite ferrum.  
O Rutili, mea fraus omnis, nihil iste, nec ausus  
Ne potuit.

Arist. 2. Phy-  
si. cap. 3.

Forma estratio rei & nota, per quam res  
est id, quod est, & à rebus alijs distingui-  
tur, ut, Animus est hominis forma, hic enī  
causa

Forma  
quid sit.

Forma vel  
artifi. iota  
est, vel na-  
turalis.

Argumentū  
à forma,

causa est, ut homo sit, eumq; à rebus alijs di-  
stinguit. Sic domus, sic nauis, sic ignis, sicuter  
ræ, cæterarumq; rerū sua forma est, vel ar-  
tificiosa, vel naturalis. Ab ea dicitur argu-  
mentū hoc modo, Animi hominū immorta-  
les sunt, homines igitur ad æternitatē, im-  
mortalitatemq; beatæ vitæ aspirare debent.

Materia est, ex qua, & in qua res sunt, vt  
statuæ æs, argentū pateræ, corpus hominis.

Argumentū  
à materia.

Ex materia sic sumitur argumentum, Cor-  
pus hominis mortale est, ab eius igitur soci-  
etate, & contagione immortalis animus se-  
uocādus est. Ex hoc loco, Regia solis apud

Cic. de Na-  
tur. Deo. li.

4.

Ouidiū, Arma Æneæ apud Virgiliū, mul-  
ta signa sublata à Verre à Cic. describūtur.

Lib. 2. Metz.

Lib. 8.

A&io. 7. in  
Ver.

locus à cau-  
sis in omni  
scribedi ge-  
nere suppe-  
ditat mag-  
nai copia.

Ex his causarū generibus tanquam ex fon-  
te non modo in causis, sed in omni scriben-  
di genere magna argumentorum suppetit  
copia. Licebit igitur diligētere eo cognito nō  
modo oratoribus, & philosophis, quorunq;  
est proprius, sed historicis etiam, & poetis  
multa,

multa, & varia, & copiosa, ex eo facile depromere.

## De effectis. Cap. 26.

In Topic.  
Quint. li. 5.  
capro.

**E**ffecta sunt ea, quæ sunt orta de causis. Eorum ut causarum quatuor sunt genera, est enim suus effectus & finis, & efficiētis causæ, itemq; formæ, ac materiæ.

Effecta aquid  
sunt, & eoru  
genera.

Arist. 2. post  
c. 27. Cic. in  
Top.

**Q**uae autem sunt singularium causarum effecta, cognitis causis intelligitur: ut enim quod effectum est, quæ fuerit causa demonstra: sic causa effectum indicat. **N**am si finis belli pax est, bellum eius pacis, quæ bello queritur effectus est. Eodemq; modo dies solis effectus est, & homo corporis ac animi, quorum illud materia eius est, hic forma. Ab effectu sumitur hoc modo argumentum, Ex virtute laus, at ex voluptate nascitur infamia, sequenda est igitur virtus, & voluptas refutanda. **E**odem illud pertinet: si ærarij copijs & ad

Effecta co-  
gnitis ean-  
tis, & causæ  
cognitis ef-  
fectis fac-  
le intelligi-  
tur.

Argumen-  
tum ab ef-  
fectu.

& ad belli adiumenta, & ad ornamenta  
pacis utimur, vestigalibus seruiamus.

## De Comparatione,

Cap. 27.

**L**ocus à comparatione simplex quidem  
est, sed tripliciter tractatur: à compara-  
tione nimirum maiorum, vel minorum,  
vel parium. A comparatione maiorū ducit  
tur argumentum cum contendimus, ut id,  
quod in re maiori valet, valeat in minori.  
Virgilius.

Arg. à maio  
ribus ad mi-  
norā.

O passi grauiora, dabit Deus his quoque finē.

In Topic.  
Quint. lt. 5.  
cap. 10.

In Top.

Aenei.

In ora. pro-  
Arch.

Ab hoc loco dicitur illud Cic. Est ridicu-  
lū: ad ea, quae habemus, nihil dicere, quae-  
rere, quae habere non possumus: & de ho-  
minum memoria tacere, literarum memo-  
riam flagitare: & cum habeas amplissimi  
viri religionē, integerrimi municipij iusiu-  
randum, fidemq; ea, quae deprauari nullo  
modo possunt, repudiare: tabulas, quas idē  
dicis solere corrumpi, desiderare. Perinde  
enim

In ora. pro  
Arch.

Io Topic.

Philip. 3.

enim est, atque hoc: certiora testimonia in causa habemus, non sunt igitur a nobis tabulæ postulandæ. Idem pro eodem saxa, & solitudines voce respondent, bestiæ saepe immanes cantu flectuntur, atq; consistunt nos instituti rebus optimis non poëtarum voce moueamur? A minoribus ad maiora ducitur argumentum, ut id, quod in minori re valet, valeat in maiorि. Cic. in eadē oratione. Ergo ille corporis motu (loquitur autem de Roscio) tantum sibi amore conciliarat à nobis omnibus: nos animorū incredibiles motus celeritatemq; ingeniorum negligemus: idem enim est, ac si diceret: omnes Roscium Comædū, cuius leuius erat artificium magnificiebat, nos Archiā summum poëtam negligemus? Idē in Anton. L. Brutus regem superbum non tulit: D. Brutus sceleratum, atq; impium regnare patietur Antonium? Ouidius.

Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes,  
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.

Arg. a mi-  
noribus ad  
maiora.

*Vt valeas animo, quicquam tolerare encagabis?*

*At pretium pars haec corpore maius habet.*

*Et Horatius.*

*Vt ingulent homines, surgunt de nocte latrones,*

*Vt ie ipsum serues, non expurgisceris?*

In epist. li. x  
ad Lolliu.

Arg.a pari-  
bus.

*Parium autem comparatio nec elationem* In Topic.

*habet, nec submissionem, est enim æqualis.*

*Multa autem sunt, quæ æqualitate ipsa*  
*comparantur, quæ ita ferè concluduntur,*

Consilio u-  
uabant lu-  
risco salti,  
auxilio O-  
ratores.

*Si consilio iuuare ciues & auxilio æqua-*  
*in laude ponendum est, pari gloria debent*  
*esse ij, qui consulunt, & ij quæ defendunt.*

*At quod primum & quod sequitur igitur.*

*Huc pertinet illud eiusdē Cic. in Verrem.* Aet. 3;

*Si finē edicto prætoris afferunt cal. Ian. cur*  
*non initiū quoq; edicti nascitur à cal. Ian.*

*& in alia oratione. Cur eadē resp. quæ me*  
*in amicos inflāmare potuit, inimicis pla-*  
*re non possit.*

De prouinc.  
cons.

Argumen'a  
remota arte  
tractantur.

De argumentis remotis. Cap. 28.

*Argumenta siue remota siue assumpta*  
*non eo dicūtur sine arte, quòd ita sunt*

*sed.*

In part.  
In Topic.  
Quint. li. 5.  
cap. 1.

*Sed quod eā nō parit oratoris ars, sed foris  
ad se delata tamen arte tractat. Ea Cicero  
in Topicis testimonij nomine complectitur.  
Testimoniuū enim in eo loco dicit omne id,  
quod ab aliqua re externa sumitur ad faci-  
endā fidē. Sed ad intelligendū erit facilius,  
si cum Quintiliano in præiudicia, rumorē,  
& famā, tormenta, tabulas, iusiurandum,  
& testes ea diuidamus: Quæ ut ipsa per se  
carent arte, ita summis eloquentiæ viribus  
& alleuanda sunt plerumq; & refellēda.  
Quare genus harum rerū, quæ ad oratorē  
deferebantur meditatum in perpetuum ad  
vsum similiū rerum, veteres oratores ha-  
bebāt. Nunc translatis ab oratoribus ad  
iurisconsultos iudicijs, ut veterum oratorū  
scripta intelligamus, cognoscenda sunt.*

Testimonij  
nomine cō  
prehensio  
nē argumē  
ta remota.

Argumente  
remota sīa  
præiudicia,  
rumor, fa-  
ma, torne-  
ta, tabulz,  
ius iuridū,  
& testes,

### De præiudicijs & testibus. Cap. 29.

*In part.  
Q. vnt. li. 5  
c. 2. & 7.* **C**æteris quatuor omissis, quæ facile  
intelliguntur, de præiudicijs, et testibus  
**C** ij dicas

Præiudicio  
rā tria sunt  
genera.

*dicamus. Præiudiciorum vis omnis tribus in generibus versatur. Rebus, quæ ali quando ex paribus causis sunt iudicatæ, quæ exempla rectius dicuntur. Iudicijs ad ipsam causam pertinentibus, unde etiam nomen ductum est, qualia in Milonem à senatu facta dicuntur. Aut cum de eadem causa est pronunciatum. Veteres oratores, & pro testibus & contra testes magno labore dicebant, ut è pluribus Ciceronis orationibus, maximeq; oratione pro Flacco apparet. Nunc iudiciorum mutata ratio facit, ne is labor sit necessarius, & vt de ru more, fama, tormentis, & iureiurando pluribus agendum non sit.*

Cicer. pro  
Mil.

Oratores o  
lim magno  
labore dice  
bant pro te  
stibus, &c  
tra testes.

### De usu & utilitate locorum.

Cap. 30.

Loci multa  
meditatio  
parati esse  
debet.

**H**OS locos multa cōmentatione, atque meditatione paratos, atq; expeditos, qui volet in dicendo excellens esse, habere debet. Atq; vt quæq; res ad discendum erit sus-

De orat. 2.  
in Topic.  
Quint. li. 5.  
cap. 10.

suscepta, tum denique scrutari locos, ex quibus argumenta eruat. Quæ quidem ei, qui mediocriter ea modo cōsiderarit studio adhibito, & vſu, pertractata esse possunt. Est enim utilissimum nosse regiones intra quas venere, & peruestiges, quod quæras. Ubi eum locum omnem cogitatione se feris, si modo vſum rerum percallueris, nihil te effugiet, atque; omne, quod erit in re occurret, atque; incidet. Ut enim, si aurum cui, quod esset multifariam defossam monstrare aliquis vellet, satis esse deberet, si signa & notas ostenderet locorum, quibus cognitis ille ipse sibi foderet, & id, quod vellet, paruo labore, nullo errore inueniret: sic has argumentatorum notas indicare satis est, quæ illa quærenti demonstrant ubi sint. Reliqua cura & cogitatione eruuntur.

Loci sunt  
argumento-  
rum notæ.

**Qui modus in argumentis adhibendus.**

Cap. 31.

C iij Nec

Arg. sunt se-  
ligenda.

**N**ec verò imprudenter quisquam vtes-  
tur hac copia, sed omnia expendet &  
seliget. Non enim semper, nec in omnibus  
causis, ex iisdem argumentorum momenta  
sunt. Iudiciū ergo adhibebit, nec inueniet  
solū quid dicat, sed etiam expēdet. Nihil  
enim feracius ingenii, his præsertim, quæ  
disciplinis exculta sunt: sed ut segetes fœ-  
cundæ & uberes, non solum fruges, verum  
herbas etiam effundunt inimicissimas fru-  
gibus, sic interdum ex illis locis, aut leuia  
quædā, aut causis aliena, aut non utilia gi-  
guntur. Quorum ab oratoris iudicio dele-  
ctus magnus adhibebitur. Illud autem in-  
telligēdum est ex his locis & ad faciendā  
fidem, & ad afferendum motū auditorum  
animis materiam peti. Sed quia difficile est,  
etiā si locorū naturam cognoueris, ex illis  
ea, quæ ad mouēdos animos valent, eruere,  
de affectibus mouēdis separatim dicamus,  
illud iterum monentes, nihil planè esse siue

ad

Nihil sera  
cius ingenijs,  
que sūt dis-  
ciplinis ex-  
cultæ.

Ex locis in-  
terdum le-  
uia quædā,  
aut causis a-  
lienæ, aut  
non utilia  
giguntur.

Ex locis &  
ad preban-  
dum, & ad  
mouendum  
materia pe-  
tuntur.

*ad docendum, siue ad mouendum accom-  
modatum, quod ex his supradictis fontibus  
non fluat.*

## De affectibus. Cap. 32.

In orat.

Quint. li. 6.

cap. 3.

In Part.

**M**axima vis existit oratoris in homi-  
num mentibus permouendis, quod  
amplificatione fit. Est enim amplificatio gra-  
uior quædam argumentatio, quæ motu ani-  
morum consiliet in dicendo fidem. Ea &  
verborum genere conficitur, & rerum.  
Quæ verba in amplificatione ponēda sint,  
tunc dicemus, cum ad elocutionis præcepta  
venerimus. Rerum amplificatio sumitur  
ex eisdem locis omnibus, quibus illa, quæ  
dicta sunt ad fidem: maximeque definitio-  
nes valent congregatæ, & consequentium  
frequentatio, & contrariarum & dissimi-  
lium, & inter se pugnantium rerum confli-  
ctio, & causæ, & ea, quæ sunt orta de cati-  
sis, maximeq; similitudines, & exēpla: fi-  
ctæ etiā personæ, muta deniq; loquantur.

Maximavis  
Oratoris est  
in affecti-  
bus mouen-  
dis.

Qui loci  
maxime ad  
mouendum  
valeant.

C *iiij* De

De amplificatione à definitionibus con-  
globatis. Cap. 33.

Historiae la-  
us per am-  
plificationē  
a defin:tiō-  
nibus con-  
globatis.

De orat. 2.

**A** Definitionibus cōglobatis est illa Ci-  
ceronis amplificatio. Historia verò, te-  
stis temporū, lux veritatis, vita memoriæ,  
magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce  
alia nisi oratoris immortalitati commendan-  
tur. Est & illud ex eodem loco in primis  
illustre exemplum eiusdem pro Sestio. Ig-  
nari quid grauitas, quid integritas, quid ma-  
gnitudo animi, quid denique virtus valeret,  
quæ in tempestate sœua quieta est, & lucet  
in tenebris, & pulsa loco manet tamen,  
atque hæret in patria, splendetq; per se sem-  
per, nec alienis vñquam fôrdibus obsolef-  
cit. Ubi sunt quinq; quasi definitiones, tum  
historiæ, tū virtutis congregatae: rarò enim  
adhibetur ab oratore definitio ad amplifica-  
dū, quæ genere declaretur, & proprietate.

Definitio  
quæ gene-  
re & propri-  
etate decla-  
retur, raro  
ad amplifi-  
cationem  
adhibetur.

De amplificatione à consequentium  
frequentatione. Cap. 34.

*Acono*

A.D. 7.

**A** Consequentium frequentatione est illa in Verrem amplificatio, Constitue nihil opis esse in hac voce, Ciuis Romanus sum, iam omnes prouincias, iam omnia res gna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnē orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximē patuit, Ciuibus Romanis ista defensione p̄æclus eris.

De amplificatione à contrariarum rerum conflictione. Cap. 35.

Phil. 2.

**A**Rerum contrariarum conflictione est illa amplificatio Ciceronis in Antoniū:  
Tam autem eras excors, ut tota in oratione tecum ipse pugnares, ut non modo non cohaerentia inter se diceres, sed maximē disiuncta atque contraria: ut non tanta mecum, quanta tecum tibi esset contentio. Vistricum tuum in tanto fuisse scelere fatebar, pæna affectum querebare. Ita quod propriū meū est, laudasti: quod totius senatus est, reprobasti: Nam cum comprehēsiō

C v son-

sontium mea, animaduersio senatus fuerit:  
homo disertus non intelligit eum quem con-  
tra dicit, laudari a se, eos, apud quos dicit,

Brutū vo-  
cat seruato  
rem, Anto-  
nium verò  
proditorē.

vituperari. Et in eisdem orationibus. O spe Phil. 10.

Et aculum illud non modò hominibus, sed  
vndis ipsis, & litoribus luctuosum, cedere  
patria seruatore eius: manere in patria pro-  
ditores? Et in Catilinam. Hoc verò quis fer- Orati. 22.  
re possit inertes homines fortissimis insidia-  
ri, stultissimos prudentissimis, ebriosos so-  
brios, dormientes vigilantibus? Ex hoc loco  
etiam est illud eiusdem in Pisonem et Ga- In Pis.  
binium, Qui latrones igitur, si quidē vos Cō-  
sules? qui prædones, qui hostes, qui prodito-  
res, qui tyranni nominabuntur? Magnum  
nomen est, magna species, magna dignitas,  
magna maiestas Consulis, nō capiūt angu-  
stia pectoris tui: non recipit leuitas ista: nō  
egestas animi: non infirmitas ingenij susci-  
net: non insolentia rerum secundarum tan-  
tam personam, tam graue, tam severam.

De

**D**e amplificatione à dissimilium & inter se  
pugnantium rerum confictione.

Cap. 36.

Pro Rof.  
Com.

**A** Dissimilium & inter se pugnantium  
rerum confictione sumpta est elegan-  
ter amplificatio Ciceronis, Quia in re milii  
ridicule es visus esse inconstans, qui eundem  
& laderes, & laudares, & virum optimum  
& hominem improbissimum esse dices:  
eundem tu & honoris causa appellabas,  
& virum primarium esse dicebas, & soci-  
um fraudasse arguebas.

**D**e amplificatione à causis conglobatis  
& his, quæ sunt orta de causis

Cap. 37.

**C**ausæ etiam, & ea quæ sunt de causis  
orta, multum valent ad amplificandū,  
si conglobentur: Cicero multas, & varias  
causas propter quas multi essent ab eo as-  
lieniores, iunxit hoc modo, Cum alij me  
suspitione periculi sui non defenderent,  
alij

In Oratio-  
pro Sestio.

alij vetere odio bonorum incitarentur, alij inuidarent, alij obstatre sibi me arbitrarentur, alij vlcisci dolorem suum aliquem velant, alij rem ipsam publicam, atque hunc bonorum statum ociumq; odissent, & ob hasce causas tot, tamq; varias, me vnum de poscerent. Orta vero de causis ad amplificā dum adhibuit contra M. Antonium, Do

Tres exerci  
tus pop. Ro  
ma. in bello  
civili Cæsa  
ris & Pom-  
peij sunt in  
terfecti.

letis tres exercitus P. R. imperfectos, interfecit Antonius: Desideratis clarissimos ciues, eos quoque vobis eripuit Antonius: Autoritas huius ordinis afflita est, afflixit Antonius: Omnia deniq; quæ posse vidimus mala (quid autem mali non vidimus?) si recte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Ex hoc loco Mæzentij immanem crudelitatem auget Euāder apud Virgilium.

Quid memorem infandus cœdes? quid facta tyranni  
Effera? Di capiti ipsius, generiq; reseruent.  
Morta quin etiam iungebat corpora viuis,  
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora,  
Tormenti genus, & sanie taboq; fluentes  
Complexu in misero, longa sic morte necabat.

De amplificatione à similitudine atque  
exemplo. Cap. 38.

<sup>in Ver. a & t.  
7.</sup> **C**icero Verris auaritiam, qua multorū bona deuorauerat, exemplis exaggerauit his verbis. Non enim Charybdim tam infestam, neque Scyllam nautis quàm istū in eodem freto fuisse arbitror. Virgilius etiam ex hoc loco pulchritudinem Æneæ pulcherrimis carminibus amplificauit.

**Aenei. 3.**

Restitit Æneas, claraque in luce resulfit,  
Os, humerosque deo similis: namque ipsa decoram  
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ  
Purpureum, & latos oculis adflarat honores:  
Quale manus addant ebori decus, aut ubi flavo  
Argentum, Pariusque lapis circundatur auro.

**F**dem mirifice expressit vim, qua Æneas  
in Turnum hastam coniecit.

**Aenei. 12,**

Cunctanti telum Æneas fatale coruscat,  
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto  
Eminus intorquet: muraliconcita nunquam  
Tormento si saxa fremunt, nec fulmine tanti  
Diffultant crepitus: volat atri turbinis instar,  
Exitium dirum hasta ferens.

**Pro Mil.**

**A**b exemplis vero est illa Ciceronis ampli-  
ficiatio pro Milone, quamobrem ueretur  
cadē

eadē confessione Titus annius, qua Hala,  
 qua Nasica, qua Opimius, qua Marius  
 qua nos metip̄si. Et in Catilinam, An vero  
 vir amplissimus. P. Scipio Pontifex maxi-  
 mus Tiberium Gracchum mediocriter la-  
 befactantem statum Reip. priuatus inter-  
 fecit: Catilinam vero orbe terrae cede atq;  
 incendijs vastare cupientem nos Consules  
 preferemus? nam illa nimis antiqua prae-  
 tereo, quod Q. Seruilius hala Sp. Melium  
 nouis rebus studentem manu sua occidit.

## De fictis personis &amp; mutis rebus

Cap. 39..

**C**icero in oratione pro Caelio Appio Cae-  
 co vita olim funeto sermonē attribuit.

Magnā vim habet, cum mutis personis ser-  
 monem damus, ut Cicero fecit contra Catī Orat. c  
 linam, Etenim si mecum patria, quæ mihi  
 vita mea multo est carior, si cūcta Italia,  
 si omnis Respub. loqueretur. M. Tulli  
 quid

quid agis? & ea, quæ sequuntur. Eandem etiam in eadem oratione cum Catilina loquentem facit eleganti oratione, cuius initium est, Nullum iam tot annos facinus extitit, nisi perte: nullum flagitium sine te. Fecit & Lucanus eandem cum Julio Cæsare loquentem, priusquam ille Rubiconē fluuium, qui dirimit Galliam ab Italia, transiret.

Lib. 2.

Ventum est parvū Rubiconis ad undas  
Ingens visu duci patriæ trepidantis imago,  
Clarap obscuram vultu mæstissima noctem:  
Turrigerō canos effundens vertice crines  
Cæsar... serena, nudisque astare lacertis,  
Et geminā permixta loqui. Quòrenditis ultra.  
Quò fertis mea signa viri? si iure venitus,  
Si cives: huc usque licet.

Quæ sunt ad amplificandum adhibenda.

Cap. 40.

In partit.

**S**i causa patitur, ea sunt ad amplificandum adhibenda, quæ magna habentur: quorum est duplex genus. Alia enim magna natura videntur, alia usu. Natura

Ad amplificandum adhibenda sunt, quæ magna habentur.

Duplex est genus rerū magnarū.

vt

vt cœlestia, vt diuina, vt ea, quorum obſcu-  
ræ cauſæ, vt in terris, mūdoq; admirabilia,  
quæ ſunt: ex quibus ſimilibusq;, ſi attēdas,  
ad augendum multa ſuppetunt. Vſu habē-  
tur magna, quæ videntur hominibus aut  
prodeſſe, aut obefſe vehementius: quorum

Rerum uſa  
magnarum  
genera ſunt  
ad amplifi-  
candū tria.  
aut charitate mouentur homines, vt Dei,  
ut patriæ, ut parentum: aut amore, ut fra-  
trum, ut coniugum, ut liberorum, ut fami-  
liarium: aut honestate, ut virtutum, maxi-  
meq; earum, quæ ad cōmunionem hominū

Maxime  
mouentur  
homines  
honestate  
virtutum  
que ad cō-  
munionem  
hominum  
valent.

Quæ petā-  
tur ē locis  
ad amplifi-  
candū ma-  
gna eſſe de-  
bent.

& liberalitatem valent. Ex his & cohor-  
tationes ſumuntur ad ea retinenda, & in  
eos à quibus ea violata ſunt, odia incitātur,  
& miseratione naſcitur, proprius locus augē-  
di in his rebus, aut amissis, aut amittendi

periculo. Quanuis enim neque ad proban-  
dum, neq; ad amplificādum adhiberi quic-  
quam potest, quod ex locis petitum non ſit,  
tamen ea ipſa, quæ petuntur ē locis ad am-  
pli-

In Catilin.  
Or. 4.

*plificandum magna esse debent. Sic fecit Ci-  
cero in Catilinam cum ait, Quia propter de-  
summa salute vestra & populi Romani T.*

*C. de vestris co*i*ugibus ac liberis, de aris ac  
focis, de fanis ac templis, de totius urbis te-  
ctis, ac sedibus, de imperio, de libertate, de  
salute Italiae, deq; vniuersa Rep. decernite  
diligenter, ut instituistis ac fortiter. Pleraque;  
omnia sumpta sunt è loco ab adiunctis, sed  
sunt usu magna. Virgilius etiam cum Iulij  
Cæsar is deplorat mortem à rebus natura  
magnis, quas ad locos supradictos referre  
tamen possis, amplificationem duxit.*

Georg. II.

*Ille etiam extinto miseratus Cæsare Romam,  
Cum caput obscuranitidum ferrugine texit:  
Impiaque eternam timerunt secula noctem.*

*Quam usque ad libri finem elegantissime  
prosequitur.*

*Quid in amplificatione seruandum.*

Cap. 41.

In part.

*Nihil in amplificatione nimis enucle-  
andum est. Minuta est enim omnis*

*Minuta est  
omnis dilige-  
tencia.*

D dili-

diligentia, hic autem locus grādia requirit.

Illud est iudicij, quo quaq; in causa genere

Quo gene-  
re amplifi-  
cationis v-  
tendū in ex  
oratione. vtamur augēdi: in illis enim causis quæ ad delectationem exortantur, ij loci tractandi

sunt, qui mouere possunt expectationem,

In coborta-  
tionibus bo-  
norā & mi-  
lorum enu-  
merat o per  
amplifica-  
tionem tra-  
adata est. admirationem, voluptatem. In cobortatio-

nibus autem bonorum ac malorum enumera-

rationes & exempla valent plurimum. In

iudicijs accusatori fere quæ ad iracūdiam,

reο plerūque quæ ad miserationem perti-

nent. Nonnunquam tamen accusator mis-

ericordiam mouere potest, & defensor

iracundiam.

Cur quædam inuentionis præcepta ad causarū

genera dētur accōmodata: & de dignitate

exortationis. Cap. 42.

**E**T si ex supradictis fontibus omnis ad

omnem orationem manat inuentio, ta-

men veteres oratores de generibus causa-

rum (vt discentium minuerent laborem)

seorsū præcepta tradiderūt. De præceptis

autem

autem exornationis in primis dicendū est.

De Orat. 2. *Nam & latum genus est saneq; varium,*  
*ut quod ad laudandos claros viros, & ad*  
*improbos vituperandos suscipiatur: ad ali-*  
*orum etiam vel animalium vel carentium*  
*anima laudem vel vituperationem adhibe-*  
*tur, ut Cicero laudes Pompeij in Oratione*  
*pro lege Manilia, Siciliæ in actionibus in*  
*Verrem, studiorū verò humanitatis in ora-*  
*tione pro Archia poëta exornauit. Accedit*  
*etiam ad eius commendationem, quod nul-*  
*lum est genus orationis, quod aut uberius*  
*ad dicendum, aut utilius ciuitatibus esse pos-*  
*sit, aut in quo magis orator in cognitione vir-*  
*tutum vitiorumque versetur. Conficitur au-*  
*tem genus hoc dictionis ad animi motus le-*  
*niter tractandos, magis quam ad fidem fa-*  
*ciendā, aut cōfirmandū accōmodatē. Pro-*  
*priū enim laudis est res amplificare & orna-*  
*re. Quā ob causam Aristoteles, & postea*  
*Cicero, & Quintilianus idoneam maximè*

Laudis gene-  
ris demon-  
stratiui.

Quint. li. 3.

cap. 9.

3. Ad. 4.

Arist. lib. 1.

Rhet. c. 6. &

Quinti. li.

3. cap. 9.

Animi mo-  
tus leniter  
in exorna-  
tione tractā-  
tur.

D ij inter

Exornatio  
maxime i-  
donea ad  
scribendū.

*inter omnia genera causarum existimau-  
runt adscribendum exornationem.*

Ex tempore præterito quomodo laus  
ducatur. Cap. 43.

Laus viuo-  
rum in duo  
tempora di-  
uiditur.

Laus mor-  
torū i tria  
tempora di-  
uiditur.

Dupliciter  
trahatur  
laus eorum  
que ante ho-  
minē sunt.

**L**AUS HOMINUM, cuius cognita præcepta  
facilè ad res aliás transferentur, diuidi-  
tur in tēpora, quodque ante eos fuit, quoq;  
ip̄si vixerunt. In his autem qui vita functi  
sunt, etiam quod est in secutum. Ante ho-  
minem patria, ac parentes, maioresq; erūt,  
quorū duplex tractatus est: aut enim respō-  
disse nobilitati pulchrū erit, aut humilius ge-  
nus nobilitasse factis. Illa quoq; interim ex  
eo, quod ante ipsum fuit tempore trahētur,  
quæ respōsis, vel oraculis, vel signis futurā  
claritatem promiserint, vt in diuō Ioanne  
Baptista, multisq; aliis viris sanctissimis.

Quint. li.3.  
cap.9.

De tempore quo vixit is, qui laudatur.

Cap. 44.

Laus homi-  
nis ex ani-  
mo & cor-  
pore, & re-  
bus extenis  
petenda est.

**I**PSIUS LAUS HOMINIS EX ANIMO, & corpo-  
RE, ET EXTRA POSITIS PETI DEBET. EXTERNĀ SŪT,

Quint. li.3.  
cap.9.

vt

Ut educatio, opes, diuitiae, propinquui, amici,  
 potentia, gratia, ceteraque huiusmodi. In cor-  
 pore vero sunt haec, forma, vires, valetudo,  
 & his similia. Qui haec habuerit, laudabi-  
 tur, quod bene illis sit usus: si non habuerit,  
 quod sapienter caruerit: si amiserit, quod  
 moderate tulerit. Et quanuis & corporis,  
 & fortuita quae dicuntur, quae dicatur bona  
 in se veram laudem non habeant, quae  
 deberi virtuti vni putatur, tamen quod ipsa  
 virtus in earum rerum usu ac moderatione  
 maximè cernitur, tractada etiam in lauda-  
 tionibus haec sunt. In quibus est summa laus  
 non extulisse se in potestate, non fuisse insolens  
 in pecunia, non se prætulisse alijs propter  
 abundantiam fortunæ: ut opes & copiae, non su-  
 perbiæ videantur ac libidini, sed bonitati, ac  
 moderationi facultate ac materiam dedisse.

In part. Inter corporis vero bona, forma, quæ virtu-  
 tē significat, facile laudatur, quod elegintis  
 simè Latinus poëta his verbis significauit.

Vi-tus in  
 exterrarū  
 rerum usu  
 ac modera-  
 tione maxi-  
 me cerni-  
 tur.

Inter bo-  
 na corporis  
 forma ex-  
 celit.

D iiij Tuta:

Cicer.de  
orat.

Tutatur favor Euryalum, lachrymæque decoræ,  
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus,

Ceteratum  
rēlē leuor  
animi sem-  
per vera est  
laus.

Sed horum omniū leuior, at animi semper  
vera est laus: quæ quoniam à virtute profi-  
ciscitur, de illa nunc dicendum est.

Aen. 5.

Quint. li. 3.  
c. 7.

De animi bonis, & virtute quæ scientia  
cernitur. Cap. 45.

Virtus aut  
scientia cer-  
nitur aut a-  
ctione.

**V**irtutis duplex est vis: aut enim scien- In part.  
tia cernitur virtus, aut actione. Nam  
quæ prudentia, quæque grauissimo nomine  
sapientia appellatur, hæc scientia pollet va-  
na, quæ vero moderandis cupiditatibus re-  
gendisq; animi motibus laudatur, eius est  
munus in agendo. Prudētia est rerum ex-  
petendarum, fugiendarumque scientia.

Prudētia  
quid sit.

Sapientia autem virtutum omnium prin- Officio. 2.  
ceps, est diuinarum humanarumque re-  
rum scientia. Sunt autem aliæ quasi mi-  
nistriæ comitesque sapientie: quarum  
altera, quæ dialectica dicitur, quæ sint  
in disputando vera atque falsa distinguit,

In Part.

Dialectica  
& oratoria  
quasi mini-  
strix sunt &  
comites sa-  
pientie.



*& iudicat: altera est oratoria. Nihil enim est aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapientia, quæ ex eodem hausta genere, quo illa in disputando vberior est, atque latior, & ad motus animorum, vulgi que sensus accommodatior. Studia etiam omnium bonarum artium ad hunc locum pertinent.*

Eloquentia  
est copiose  
loquens sa-  
pientia.

### De virtute quæ in actione consistit.

Cap. 46.

Arist. li. 1.  
thet. c. 9.

Off. c. 1.

In part.

De inuict. 2.

**V**irtus, quæ in actione posita est, tres habet partes, Iustitiam, Fortitudinem, & temperantiam. Iustitia est virtus, quæ in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique, & rerum contractarum fidei versatur. Illa erga deum religio, erga parētes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in benevolentia nominatur. Fortitudo est considerata periculorum susceptio, & laborum perpeccio,

Tres sunt  
partes vir-  
tutis in acti-  
one positz.

Iustitia  
quid sit.

Iustitiae par-  
tes.

Fortitudo  
quid sit.

D *iiiij* cuius

Temperan-  
tia quid sit.

Verecundia  
est custos  
virtutū o-  
mnia.

cuius est liberalitas in usu pecuniae. Tempe-  
rantia est rationis in libidinem, atq; in alios  
non rectos impetus animi firma & mode-  
rata dominatio. Cūstos verò virtutum om-  
nium, dedecus fugiens, laudemq; maxime  
consequens, verecundia est.

In Part.

Quomodo laus ab hoc loco sit ducenda.

Cap. 47.

Singularū  
virtutū sūt  
certa quædā  
officia.

**E**T quoniam singularum virtutum sunt  
certa quædā officia, ac munera, & sua  
cuique virtuti laus propria debetur: erit ex-  
plicandum in laude iustitiae, quid cum fide,  
quid cum æquabilitate, quid cum huiusmo-  
di aliquo officio is, qui laudabitur, fecerit.

De orat. 2.

Huc spectat illa Ser. Sulpitij laus apud Ci-  
ceronem, Nec verò silebitur admirabilis  
quædā, & incredibilis, & penè diuina eius  
in legibus interpretandis, æquitate explicā-  
dis, scientia. Omnes, qui ex omni ætate hac  
in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt,  
si unum in locum conferantur, cum Ser.

Phil. 9.

Sulpitij

Sulpitio non sunt comparandi. Neque enim ille magis iurisconsultus, quam iustitiæ fuit. Itaque quæ proficisciabantur à legibus, & à iure ciuili, semper ad facilitatem, æquitatemque referebat: neque constituere litium actiones malebat, quam controuersias tollere. Itemque in cæteris res gestæ ad cuiusque virtutis genus, & vim, & nomē accommodabuntur. Gratissima autem laus eorum factorum habetur, quæ suscepta vindentur à viris fortibus sine emolumento, ac præmio: quæ verò etiam cum labore & periculo ipsorum, hæc habent uberrimam copiam ad laudandum, quod & dici ornatisime possunt, & audiri facillime. Ea enim denique virtus esse videtur præstantis viri, quæ est fructuosa alijs, ipsi autem laboriosa, aut periculosa aut certe grauita. Drances apud Virg. ita Æneam alloquitur.

Res gestæ  
ad cunctæ  
virtutis no-  
men, & vim  
sunt reuo-  
candæ.

Quæ virtus  
præstantis  
viri sit.

Aen. li. II.

òfama ingens, ingentior armis.  
Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus æquem?  
Iustitiæ ne prius mirer, belline laborum?

Hinc

Hinc Seruum Sulpitium mirifice Cicero laudat: quod difficillimo Reip. tempore, graui periculo soque morbo affectus, autoritatem Senatus, salutemque pop. Rom.

Philip. 91.

vitae suae præposuerit, contraque vim grauitatemque morbi contenderit, ut ad castra Antonij, quo Senatus eum miserat, perueniret.

Magna est  
laus tulisse  
casus sapi-  
enter aduer-  
sus.

Magna etiam illa laus & admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter aduersos: non fractum esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem. Sic Cicero Milonis in graui ac difficulti tempore vultum semper eundem, & vocem & orationem stabilem ac non mutitam commendat, & eius infractum & excelsum animum extollit. Sumendæ autem res erunt aut magnitudine prestabiles: aut nouitate primæ: aut genere ipso singulares. Eiusmodi rerū plenæ sūt orationes Ciceronis pro lege Manilia, & pro M. Marcello, in quarum altera Cn. Pompeium, in altera Iulium

Cæsarē

Quæ res in  
laudatione  
ponendæ.

Cæsarem laudat: neque enim parvæ, neque  
vñitatiæ, neque vulgares admiratione, aut  
omnino laude dignæ videri solent. Est etiā  
cum cæteris præstantibus viris comparatio  
in laudatione præclara. Sic apud Virgilium  
Augustus Cæsar cum his comparatur, quo-  
rum erant illustres victoriæ.

Li. Aen. 6.

Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,  
Fixerit æripidem ceruam licet, aut Erymanthi  
placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.  
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis,  
Liber agens celso Nisi de vertice tigris.

Phil. 3.

*Et Cicero in Philippicis M. Antonium*  
cum Tarquinio superbo comparat: & D.  
Bruti, qui regnare nō patiebatur Antoniū  
beneficia in Rēp. maiora esse docet, quam  
L. Brutus, à quo Tarquinius expulsus est.

De tempore, quod finem hominis in  
sequitur. Cap. 48.

**N**ec mors eorum quorum vita lauda-  
bitur, si letio præteriri debebit: si mo-  
do quid erit animaduertendum, aut in ipso  
genere mortis, aut in ijs rebus, quæ mortem  
erunt

Quae sunt  
laudanda in  
tempore &  
finem honi  
tatis inequi-  
tar.

Liberi pa-  
rentibus, vr-  
bes condit-  
oribus, in-  
uenientia nu-  
teribus lau-  
de affert.

erunt consecutæ. In tempore autem, quod finem hominis insequitur in sunt habiti post mortem honores, decreta virtutis præmia, res gestæ iudicijs hominū comprobatae. Aferunt etiam laudem liberi parentibus, vrbes conditoribus, leges latoribus, artes inventoribus, nec non instituta quoq; authoribus, Hinc est illud Ciceronis de Seruio Sulpicio. Quanquam nullum, monumentū clarius Ser. Sulpitius relinquere potuerit, quā effigiem morum suorum, virtutis, constanciæ, pietatis, ingenij filium, cuius luctus aut hoc houore vestro, aut nullo solatio leuari potest. Et in alia oratione: Romulum, qui hanc urbem condidit, ad deos immortales benevolentia famaq; susstulimus. Ouidius laudem eorum, qui astrorum scientiam inuenierūt, his elegatissimis carminibus celebrauit.

Fast.lib.1.

Felices animæ, quibus haec cognoscere primum  
Inq; domos superum scandere, cura fuit.  
Credibile est illos pariter virtusq; iocisq;  
Altius humanis exeruisse caput.

Non

Quint.li.3.  
c.9.

Phil.9.

Io Cal.

Non Venus, & vinum sublimia pectora fregit,  
Officiumq; fori, militiaeq; labor.

Nec leuis ambitio, perfusaq; gloria fuso,  
Magnarumque famae sollicitauit opum.

Admouere oculis distantia sydera nostris  
Ætheraq; ingenio supposuere suo.

**Quint.li.3. cap.9.** *Omnis ordo supradictus in vituperatione  
constabit tantū in diuersum, id, quod in ora-  
tionibus Ciceronis in Pisonem, in Vati-  
nium, in M. Antonium, maximeq; ex secū-  
da Philippica animaduertere licet.*

### De laude urbium. Cap. 49.

**Quint.li.3. cap.9.** *L*Audantur urbes similiter atque homi-  
nes. Nam pro parente est coditor, &  
multum authoritatis affert vetustas, & vir-  
tutes ac vicia circa res gestas, eademque in  
singulis. Illa propria, quæ ex loci positione,  
ac munitione sunt. Ciues illis ut hominibus  
liberi, decori. Ad hunc locum pertinet illud  
Virgil. de urbe Roma.

Urbes simi-  
liter atque  
homines  
laudantur

**Aenei.6.** *En huius, nate, auspicijs illa inclyta Roma.  
Imperium terris, animos & quabit olymbo,  
Sequemque una sibi muro circundabit arces  
Felix prole virum,*

*Idem*

*Idem etiam poëta Italiæ laudes elegantissime celebrauit ex his locis, in secundo libro Georgicorum.*

*De deliberatione. Cap. 50.*

Exornatio  
nis præcep-  
ta multum  
conferat ad  
deliberatio-  
nem.

**Q**uæ triadita sunt exornationis præcep-  
ta, multum ad sententiā dicendā  
valent: quia plerumq; eadē illic laudari, hic  
suaderi solent. In deliberando finis est digni-  
tas, ad quem omnia referuntur in consilio  
dādo, sententiāq; dicenda. Sunt autem & in  
suadendo, & in dissuadendo tria primum  
spectanda: quid sit de quo deliberetur: qui  
sunt, qui deliberent: qui sit, qui suadeat,

Aristot. li. i.  
cap. 9.  
Quint. li. 3.  
cap. 10.  
De orat. 2.

Tria sunt  
spectanda in  
suadendo,  
v. 1 dissua-  
dendo.

*Cap. 51.*

**R**em, de qua deliberatur, aut certum  
est posse fieri, aut incertum. Si incertū  
hæcerit quæstio sola, aut potētissima. Sæpe  
enim accidit ut prius dicamus, ne si possit  
quidem fieri, esse faciendum: deinde fieri

Quint. li. 3.  
cap. 10.

Arist. lib. 1.  
cap. 6. & 7.  
Quint. li. 3.  
cap. 10.

*non*

non posse. Cum autem de hoc queritur,  
 coniectura est, ut, An Rex Emanuel ter  
 ras ultra Oceanum sit inueniturus. Sic ait.  
 Phil. 7. Cicer. Pacem cum M. Antonio effandi  
 quia turpis est, quia periculosa, quia esse  
 non potest. Quæ tria diligentissime in ora  
 Quint. lib. 3. cap. 10. tione explicat. Quædam & fieri posse,  
 & futura esse credibile est, sed aut alio  
 tempore, aut alio modo. Partes suadenz  
 di in uniuersum sunt tres, prima est, ut  
 doceamus effici posse id, quod suademus:  
 secunda deinde honestum esse: postremo  
 Arist. Rhe. lib. 3. cap. 4. Cice. de o-  
 etiā est quām facile possit: nā quæ perdiffi-  
 cilia sunt, perinde habenda sunt, ac si effici  
 non possint. Et cum de necessitate attendez-  
 mus, & si aliquid non necessarium videbi-  
 tur, videndum tum erit, quām sit magnum.

Partes sua-  
dendi sunt  
tres.

Si quid ef-  
fici non po-  
test delibe-  
ratio tolli-  
tar.

Quod

Quod enim per magni interest, pro necessaria  
 Lib. 8. dec. 3. rīsæpe habetur. Est apud T. Liuiū præclara P. Scipionis oratio, in qua & posse Annibalem in Africa vinci demonstrat: & ad dignitatē populi Romani, famamq; apud reges, gentesque externas pertinere, non ad defendendam modò Italianam, sed ad inferrēda etiam Africæ arma, videri Romanis animum esse: & in primis esse utile requizescere aliquando diu vexatam Italianam, vir popularique inuicem Africam.

De his, quid deliberant. Cap. 52.

**D**iversi sunt deliberantium animi: & siue consultent plures, siue singuli, in Multū intert rest quis de liberet. vtrisque differentia est. Quia & in pluribus multū interest, senatus sit, an populus: Romani, an Hispani, an Galli: & in singulis, Cato an Cicero, Cæsar an Pompeius deliberet. Proinde intuēda sexus, dignitas, ætatis, sed mores præcipue discrimen dabūt.

Duo

Præcipue in tuendi mores eius, qui deliberat.

In part. *Duo enim sunt hominum genera, alterum indoctū, & agreste, quod antefert semper utilitatē honestati: alterum expolitū, quod rebus omnibus dignitatem anteponit.*

*De prima parte suadendi.**Cap. 53.*

Arist. lib. i.  
the. c. 6.  
Offic. 11.

In Part.

*S*f honestitis pulchritudo cerni oculis posset, mirabiles sui amores excitaret. Sed quoniam genus hominum ad honestatem natum malo cultu, prauisque opinionibus corruptum est, diligentī cohortatione opus est. Et honesta quidem apud honestos suadere facillimum est: si vero apud turpes recta obtainere conabimur, ne videamur, reprobrare diuersam vitæ sedam, cuiendum est. Et animus deliberantis non sola virtutis commendatione permouendus, sed laude, vulgi opinione, & secutura utilitate, aliquanto vero magis obijciendo aliquos, si diuersa fecerint, metus. Nam præter id, quod bis leuissimi cuiusque animus facil-

Magna est  
honestatis  
pulchritu-  
do.

Quint. lib. 2.  
cap. 10.

Facile est  
honesti a-  
pud honestos obrine-  
re.

E me  
Leuissimi  
cuiusque a-  
animus faci-  
lumè terre-  
tar.

me terretur, nescio an naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quam  
ffes bonorum. Genus est enim eiusmodi (ait  
Cic.) quod vestros animos excitare atque inflamare debet, in quo agitur pop. Ro. gloria,  
quae vobis a maioribus, cum magna in omnibus rebus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorum, atque amicorum,  
pro qua, multa maiores vestri magna, &  
grauia bella gesserunt: aguntur certissima  
pop. Ro. vestigalia, & maxima, quibus ad  
missis, & pacis ornamenta, & subsidia  
belli requiretis. Sola virtutis commendatio  
ne incendit militum animos Cato apud Lu  
canum ad aggredendum iter difficillimum  
& periculosisimum.

O quibus una salus placuit mea castra secutis  
Indomita ceruice mori, componite mentes  
Ad magnum virtutis opus, summosque labores.

Lib. 9.

**Quam orationē pulchra illa claudit sentētia.**

Serpens, sitis, ardor, arene,  
Dulcia virtuti. Gaudet patientia duris.  
Latius est, quoties magno sibi constat, honestum.

Sæpe

Sæpe etiam controuersia inter hominū sententias in illo est, utrum sit honestius. Affirmant autem viri sapientissimi omne officium, quod ad coniunctionem hominū, & ad tuendam societatem valet, anteponendū esse illi officio, quod cognitione & scientia continetur. In ipsa autem cōmunitate sunt gradus, ex quibus, quidcuiq; præstet, inteligi potest, ut prima Deo Optimo Max. secunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. Ex quibus atque similibus intelligimus, quomodo hanc suasionis partem, quæ ad honestatem pertinet, tractare debeamus.

## De vtilitate. Cap. 54.

Facile, magnum, iucundum ad utilitatis questionē pertinet.

**A**N sit autem facile magnum, iucundum, sine periculo, ad questionem pertinet utilitatis. Suasor itaq; vel omnia hæc, vel eorum pleraq; inesse in eo, quod suadet, ostendet. Ilioneus his verbis alloquitur Latinum regem apud Virgilium.

Quæ officia quibus anteponendā

Arist. lib. i.  
Rhet. c. 6.  
Quinti. li.  
3. cap. 10

E ij Djs

Düs sedem exiguam patrijs, littusq; rogamus  
Innocuum, & cunctis vndamq; auramq; patentem.  
Non erimus regno indecores: nec vestra feretur  
Fama leuis, tantiq; abolescet gratia facti.

*Qui verò dissuadet, ille difficile, paruū, in  
iucūdum, periculōsum monstrabit. Hoc mo=*

*do Fabius Maximus apud T. Liuium  
ne P. Scipio in Africam traijciat, contēdit:  
cū Annibal hostis in columi exercitu quar=*

*tum decimū annum Italiam obsideat. Nā  
nunc quidem præterquam quòd & in Ita=*

*lia & in Africa duos diuersos exercitus ale*

*re ærariū non potest, præterquam quòd vn*

*de classes tueamur, vnde cōmeatibus præbē*

*dis sufficiamus nihil reliqui est: periculitā=*

*dem quantū adeatur, quem fallit? Deinde*

*grauiter & sapiēter difficultates multas, et*

*pericula commemorat, quæ futura sint, ni*

*consul vterque in Italia retineatur. Eodem*

*etiam modo propositis duobus vtilibus,*

*vtrum sit vtilius controuersia est. Cum aut̄* <sup>De orat. 2.</sup>

*species vtilitatis cum honestate certat, qui*

*vti*

*utilitatem defendet, enumerabit cōmoda pa-*  
*cis, opum, potentiæ, vēctigaliū, præsidij, mi-*  
*litum, utilitatesq; cæterarū rerum, quarum*  
*fructum utilitate metimur: itemq; incom-*  
Salust. de  
Catil.  
*moda contrariorum. Ex his locis Catilina*  
*apud Salustium ad nefarium facinus, quod*  
*ille maximū atq; pulcherrimum vocat, con-*  
*iuratos hortatur, Vobis (inquit) est domi in*  
*opia, foris æs alienū, mala res, spes multo af-*  
*perior, deniq; quid reliqui habemus præter*  
*miseram animā? Quin igitur expurgiscimii*  
*ni? en illa, quā sæpe optastis, libertas: præ-*  
*tere ad iuiciæ, decus, gloria in oculis sita sūt.*  
*Curio similiter apud Lucanū specie utilitas-*  
*tis Iuliū Cæsarem ad ciuile bellū hortatur.*

Lib. I.

Bellancem geminis tenuit te Gallia lustris,  
 Pars quota terrarum: facil: si prælia pauca  
 Gefferis euentu: tibi Roma subegerit orbem.

*Qui ad dignitatem impellet, maiorū exem-*  
*pla, quæ erunt vel cum periculo glorioſa col-*  
*liget, posteritatis immortalem memoriam*  
*augebit, utilitatem ex laude nasci defendet,*

*E ij sem.*

Utilitas se-  
per cù dig-  
nitate co-  
iuncta est.

semperque eam cū dignitate esse coniunctā.

Hæc autem exercitatio defendēdi speciem  
utilitatis contra honestatēm, in qua vna ve-  
ra est utilitas, ad scholarum exercitationes  
utilis est: nam & iniquorum ratio noscen-  
da est, ut melius æqua tueamur.

Quint. li. 3.  
cap. 10.

Suadere ali-  
quid, aut dis-  
suadere gra-  
uissimæ est  
personæ.

De eo qui suadet. Cap. 55.

**M**Ultum etiam refert, quæ sit persona  
dicentis, suadere enim aliquid, aut  
dissuadere grauissimæ est personæ. Nam  
& sapientis est, consiliū explicare suum de  
maximis rebus: & honesti & diserti, vt  
mente prouidere, authoritate probare, ora-  
tione persuadere possit. Nunc (ait Cic.)  
cum & autoritatis in me tantum sit, quā-  
tum vos honoribus mandandum esse volu-  
istis: & ad agendum facultatis tantum,  
quantum homini vigilanti ex forensi usu  
prope quotidiana dicēdi exercitatio potuit  
afferre: certe, & si quid in dicendo consequi  
possim, ijs ostendam potissimum, qui ei quoq;

De orat. 3.  
Quint. li. 3.  
cap. 10.

Pro leg.  
Man.

rei

Quint. lib. 3.  
cap. 10. rei fructum suo iudicio tribuerunt. Ante-  
acta vita si illustris fuit, aut clarus genus,  
aut ætas, aut dignitas affert expectationē,  
videndum est ne quæ dicuntur, ab eo qui  
dicit dissentiant. Hoc egregie seruauit Vir-  
gilius in Latino rege, quem sic dicētem in-  
troducit.

Aen. lib. 22. Olli sedato respondit corde Latinus  
O præstans animi iuuens, quantum ipse feroci  
Virtute exuperas, tantome impensis equum est,  
Consulere, atq; omnes metuentem expendere partes.

At his cōtraria summissiore quendā modū  
postulant. Nam quæ in alijs libertas est,  
in alijs licētia vocatur & quibusdā sufficit  
authoritas, quosdam ratio ipsa ægre tuetur.

### Quædam in deliberatione obseruanda.

Cap. 56.

Arist. lib. 2.  
ibid. cap. 8.  
De Orat. 2.  
Quint. lib. 1.  
cap. 10. **A**D consilium de Repub. dandum ca-  
put est nosse Rēpublicam, ad di-  
cendum verò probabiliter nosse mores ciui-  
tatis, qui quia crebro mutātur, genus quoq;

Ad dicendū  
probabil-  
ter mores  
ciuitatis sit  
cognoscendi  
E iiiij ora-

Minori appetitu a pudicantes dicendū orationis est sāpe mutandum. In senatu minori apparatu dicendum est, sapiens enim est consilium, multisq; aliis dicendi relinquendus locus, vitzanda etiam ingenij, ostētationisq; suspicio. Concio capit omnem vim orationis, & grauitatem, varietatemque desiderat: maximaq; pars orationis admodū ēda est ad animorum motus. Hoc videre est in quibusdam Ciceronis orationibus cōtra M. Antonium in senatu habitis, quae cū sint elegantes & disertae, nullum tamen apparatus habent. At oratio pro lege Manilia, & orationes de lege Agraria, multo magnificenter habent, & ornatus genus dicendi.

*Exemplorū maxima est vis ad suadendum.* Vis autem ad suadendum exemplorum est maxima, aut recentium, quo notiora sunt, aut veterum, quo plus autoritatis habent. Plerunq; enim videntur respondere futura præteritis, habeturq; experientia velut quoddam rationis testimonium.

*Experimentum est velet quod dā rationis testimoniū.* Suadet Fabius Maximus in senatu, ne P.

Scipio

Arist. lib. 7.  
Rhe. cap. 9.  
Quint. ii. 3.  
cap. 10.  
Cic. in par.

Scipio Annibale in Italiare licto in Africam traijciat: Dies me deficiat (inquit) si reges imperatoresq; temere in hostium terras transgressos, cum maximis cladibus suis, exercituūq; suorum enumerare velim. Deinde vetus affert Atheniensium exemplū, qui classe in Siciliam transmissa, rem publicam suam in perpetuum afflixerunt. Et nouum M. Atilij, qui in ea ipsa Africa annis ante quadraginta in prælio victus & captus est. Sequebatur, ut ea, quæ iudicijs accommodata sunt, explicaretur: sed quia iudiciorum mutata ratio, ut ea præcepta parū sint necessaria, efficit, & ex orationibus Ciceronis, & locis supradictis, tum etiam his, quæ de partibus orationis dicentur, facile cognosci possunt: sequitur ut de secunda parte Rhetoricæ dicamus.

# De arte Rhetorica

*L I B E R . I I .*

De dispositione. Cap. i.



*Ecūdus hic liber disposi-*  
*sitionis præcepta conti-*  
*nabit, quæ oratori peru-*  
*tilia sūt, & maximè ne-*  
*cessaria. Quid enim di-*  
*ligēter argumēta inuenisse cōfēret, nisi pari*  
*diligētia, quæ inventa sunt, collocētur? Ex-*  
*cellentis ducis virtus non magis in diligē-*  
*do fortissimo & strenuissimo quoq; milite*  
Quint. li. 7.  
in praef.  
*ad bellum, quam in instruenda ad pugnam*  
*acie cernitur: & si quam in corporibus no-*  
*stris, aliorumue animalium partem permu-*  
*tes atq; trāsferas, licet habeat eadē omnia,*  
*prodigiū sit tamen. Et artus etiam leuiter*  
*loco moti perdūt, quo riguerūt vsum: & tur-*  
*bati exercitus sibi ipsi sunt impedimēto. Sic*  
*oratio carēs hac virtute, tumultuetur neces-*  
*se est,*

*se est, & sine rectore fluitet, nec cohæreat  
sibi: multa repetat, multa transeat, velut no-  
ste in ignotis locis errās: nec initio, nec fine  
proposito, casum potius quam cōsiliū sequā-  
tur. Quia propter hic liber dispositioni ser-  
uiat. Est autē dispositio rerum inuentarū in  
ordinē distributio. Cuius in infinita quæsti-  
one ordo est ferè idē, qui expositus est loco-  
rum. In definita autem adhibenda sunt illa  
etiam, quæ ad motus animorum pertinet.*

In proposi-  
to qui ordo  
dispositio-  
nis sit eter-  
nus.

*+ Atq̄ eo fit, ut vtamur Exordio, Narratio-  
ne, Confirmatione, Peroratione. Hæ sunt  
enim quatuor orationis partes, per quas in-  
uēta distribuimus. Quarū duæ valēt ad rē  
docendā, narratio & cōfirmatio: ad impel-  
lendos animos duæ, principium & perora-  
tio, de quibus sigillatim dicendum est.*

Cur in can-  
sa orationis  
partibus v-  
tamur.

Dux partes  
oratiōis va-  
leat ad rem  
docendā, ad  
impelliēdos  
animos duc-

2 De Exordio. Cap. 2.

*E Xordium est oratio animum aus-  
ditoris idoneè comparans ad reliquam  
dictionem. Id fieri tribus maximè rebus in-  
ter*

Quid sit e-  
xordium.

*Quint. li. 4,  
cap. 1.*

ter authores plurimos cōstat, si beneuolum,  
attentum, docilem auditorem fecerimus:

Auditor in  
exordio be-  
neuolus, do-  
cibilis & attē-  
tus fieri de-  
bet.

In part.

quorum primus locus, id est, ut amice audi-  
amur, est in personis nostris, auditorum, ad-  
uersariorum, è quibus initia beneuolentiæ  
conciliandæ comparantur, aut meritis no-  
stris, aut dignitate, aut aliquo genere vir-  
tutis, & maximè liberalitatis, officij, iusti-  
tiæ, fidei, contrarijsque rebus in aduersa-  
rios cōferendis, & cum auditoribus aliqua  
coniunctionis, aut causa, aut spe significā-  
da. Cicero pro C. Rabirio perduellionis  
reo, *Mecum amicitiæ vetustas, tum di-*  
*gnitas hominis, tum ratio humanitatis,*  
*tum meæ vitæ perpetua consuetudo, ad*  
*C. Rabirium defendendum est adhorta-*  
*ta: tum verò ut id studiosissime facerem,*  
*salus Reip. Consulare officium, Consulatus*  
*deniq; ipse mihi vna vobiscum cum salute*  
*Reip. commendatus coegit: hæc autem ac-*  
*curatè in eo exordio & ornatè explicat. In*

Quomodo  
concilietur  
auditorisbe-  
neuolentia.

Pro C. Ra-  
birio.

ora

Pro P.  
Sylla.

oratione verò pro P. Sylla sic ait: Quan= quā ex huius incōmodis magnā animo mo lestiam capio, tamen in cæteris malis facile patior oblatū mibi tempus, in quo boni viri lenitatē meā, misericordiamq; notā omni= bus quondam, nūc quasi intermissā agnoscerēt, improbi ac perditī ciues edomiti atq; viēti præcipitante Rep. vehementē me fu isse atq; forte, conseruata mitem ac miseri= cordem faterentur. Et pro Cn. Plancio suā

Pro Cn. Plā  
cio.

cura iudicibus cōiunctionē significat his ver bis, Nūc autē vester Iudices cōspectus & cōfessus iste reficit, & recreat mētem meā, cum intueor & contēplor vnumquenq; ves strū: video enim hoc in numero neminē cui mea salus chara non fuerit, cuius non extet in me suum meritum, cui non sim obstrictus memoria beneficij sempiterna. Itaq; non ex timesco, ne Cn. Plancio custodia meæ sa lutis apud eos obfit, qui me ipsum maximē saluum videre voluerūt. At in oratione pro

P.

P. Quintio vim aduersariorum & gratiā <sup>Pro P.  
Quint.</sup> in inuidiā vocat. & C. Aquilium eosq; qui in consilio adsunt, orat atq; obsecrat, ut multis iniurijs iactata atq; agitata m æquitatē in eo tandem loco consistere atq; cōfirmari patientur. Intelligenter autem <sup>In Part.</sup> ut audiamur,

<sup>Quomodo  
fiat aud. tor  
decilis.</sup> & attente à rebus ipsis ordiendum est, sed facillimè auditor discit, & quid agatur, intelligit, si cōplete ab initio gcnus naturamq; causæ, si definias, si diuidas, si neque prudentiam eius impediā confusione partium, nec memoriam multitudine. Sic exorditur Cicero pro A. Cluentio: Animaduerti Iudices, omnē accusatoris orationē, in duas diuisam esse partes: Nam distributionem ait certum sibi esse in defensione seruare, ut omnes intelligent nihil eum nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare descendendo. Ut attēte autem audiamur triū rerum aliqua cōsequemur. Nam aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut coniuncta.

Pro domo  
sua.

coniuncta cū ipsis, apud quos res agetur. Lu-  
culenter hunc locū Cicero tractauit in exor-  
dio nobilissimæ orationis pro Domo sua:  
Quòd si vlo tēporē magna causa in sacerdo-  
tū pop. Ro. iudicio ac potestate versata est,  
hæc profectō tanta est, vt omnis Reip. dig-  
nitas, omnium ciuium salus, vita, libertas,  
aræ, foci, dij penates, bona fortunæ, domi-  
cilia, vestræ sapiëtiæ, fidei, potestatiq; com-  
Quint. li. 4  
cap. 1. missa creditaq; esse videātur. Verum exhibis,  
quæ proposita sunt, aliud atq; aliud pro va-  
rietate causarū desiderari palam est.

## De generibus causarum. Cap. 3.

Quint. li. 4.  
cap. 1.  
Cic. li. 1. de  
inuent.

**G**enera porrò causarum, plurimi quinqu<sup>2</sup><sub>1</sub> fecerunt, honestum, humile, dubium  
 vel anceps, admirabile, obscurum. Sunt  
 quibus recte videatur adiisci turpe, quod  
 alij humili, alij admirabili subiiciunt. Ad-  
 mirabile autem vocant, quod est præter opi-  
 nionem hominum constitutum. In ancipi-  
 maxi-

Quinque  
causarū sūt  
genera.Genus ad-  
mirabile.

maxime beneuolum iudicem, in obscuro do-  
cilem, in humili attentum parare debemus:  
nam honestum quidem ad conciliationem  
satis per se valet, in admirabili & turpi re-  
medijs opus est: & eo quidam exordium  
in duas diuidunt partes, principium, & in-  
sinuationem, ut sit in principijs recta bene-  
uolentiae & attentionis postulatio, quæ quia  
esse in turpi causæ genere non possit, insinu-  
ctio surrepat animis, maxime ubi frons cau-  
ſæ non satis honesta est, vel quia res sit im-  
proba, vel quia hominibus parum probetur.

Ad Her.li. II  
Cic. de in-  
uent.li. I.

Insinuatio  
quando si ne-  
cessaria.

Et quidem quibus aduersus hæc remedij  
sit medeđum, consilium ex causis sumetur.  
Illud in vniuersum præceptum sit, ut ab ijs  
quæ lœdūt, ad ea, quæ profund, refugiamus.  
Si causa laborabimus, persona subueniet,  
si persona, causa. His etiam de causis insi-  
nuacione vtendum est, si aduersarij oratio  
auditorum animos occupauerit, vel si dicē-  
dum apud fatigatos est: quorum alterum

Quint.li. 4.  
c. 1. ad Her.  
lib 1 Cicer.  
de inuent.li. I.

pro?

promittendo nostras probationes, & aduer-  
jas cludendo vitabimus: alterum & spe bre-  
uitatis, & ijs, quibus attentum fieri audi-  
torem documus. Urbanitas etiam opportu-  
na reficit animos, & undecunque petita au-  
ditoris voluptas leuat tedium.

Urbanitas  
opportuna  
reficit ani-  
mos.

Cuiusmodi exordia esse debeant.

Cap. 4.

**E**xordia semper cū accurata, & acuta,  
& instructa sententijs, apta verbis,  
tum causarum propria esse debent. Prima  
est enim quasi cognitio, & commendatio ora-  
toris in exordio, quæ continuo eum, qui aus-  
dit, permulcere atq; allicere debet. Maxi-  
ma autem copia exordiorum ad auditorem  
aut alliciendum, aut incitandum ex his lo-  
cis trahitur, qui ad motus animorum con-  
ciendos inerunt in causa: quos tamen totos  
in exordio explicari non oportebit, sed tan-  
tum impelli primò auditorem leniter, vt  
iam inclinato reliqua incumbat oratio.

Exordia de-  
bent esse ap-  
ta verbis, &  
instructa se-  
ntijs.

In exordio  
leniter est  
alliciendus  
aut incitan-  
dus auditor

**E** De

Arist. lib. 3.  
Rhe. cap. 14  
De orat. 2.  
Quintili. 4.  
cap. 1.

## De vitijs exordij. Cap. 5.

Septem ex-  
ordii sunt  
viciae.

**H**AEC autem sunt vicia certissima exordiorum, quae summo pere vitare oportebit: vulgare commune, commutabile, longum, separatum, translatum contra praecipa. Vulgare est, quod in plures causas potest accommodari, ut conuenire videatur.

**C**ommune est, quod nihilominus in hanc, quando in contraria partem causae potest convenire. **C**ommutable est, quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex contraria parte.

**L**ongum. dici. Longum est, quod pluribus verbis, aut sententijs, ultra quam satis est, producitur.

Oportet enim ut aedibus a templis vestibula et auditus, si causis proportione rerum principia præponere. Separatum est, quod non ex

ipsa causa ducitur est, nec sicut aliquid membrum annexum orationi. Translatum est,

quod aliud conficit quam causae genus postulat, ut si quis docile faciat auditorem, cum benevolentiam causa desideret: aut si prima

cipio

De inuē li. 1  
ad He. li. 1.  
Quint. li. 4.  
cap. 1.